215

UVA. BHSC. IyR_215_1

103.
~~177~~

215

UVA. BHSC. IyR_215_1

UVA. BHSC. IyR_215_1

215
I

UVA. BHSC. IyR_215_1

7-104-1.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Descrita la Historia betica en el apéndice 1º de la Memoria de esta Biblioteca de Sta Cruz de Valladolid, correspondiente al año 1883.

UVA. BHSC. IyR_215_1

4



# Hiſtoria betica·

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD
STA CRUZ
VALLADOLID
UVA. BHSC. IyR_215_1

UVA. BHSC. IyR_215_1

# ¶ Caroli Verardi Ceſenatis Cubicularij Pontificij in hiſtoriam Beticam ad R. P. Raphaelem Riarium. S. Georgij Diaconum Cardinalem.

## ¶ Prefatio.

c

Um felix ille venerande preſul: ⁊ iampridemab vniuerſo chriſtiano orbe mille votis exoptatus nuntius Romam perueniſſet: quo cognitum eſt vrbem Granataꝫ cum omni eius regno: quod per octingētos fere annos impio Magmedis dominatu oppreſſum fuerat: iugo ſeruitutis excuſſo in chriſti libertatem erectum nunc tandem in poteſtatem ac ditionē Fernandi ⁊ Helliſabes chriſtianiſſimorum Inuictiſſimorum qꝫ Hiſpanie Regis ac Regine deueniſſe memet continere non potui: qui arrepto calamo ſummam ſaltem huius rei litteris mandarem: preſertim cum ob eam cauſam Pontifex ipſe Maximus: Senatus apoſtolicns: Populuſ qꝫ Romanus tanta victoria exultans: quibuſcunqꝫ poſſet modis: leticie ſue ſigna monſtraret. Templis omnibus ſacra fierent. Supplicationes per dies complures ad cuncta puluinaria conſtituerentur. Gratie deo Immortali ac diuo Jacobo hiſpaniarum patrono ad aras omnis agerētur. Urbe tota longiſſimus ſacerdotum ordo diuinis hymnis ⁊ gratulationibus perſonare. Noctem Lampades flamis vincerent: Interdiu ludi per omnia fere compita celebrarentur. Hic taurorum venationem: quos expediti Juuenes Jaculis aut enſibus conficerent: populo ederet Ille pugnam equitum leuis armature qua potiſſimum



UVA. BHSC. IyR_215_1

Mauri vtuntur: exhiberet. Alius expūgnationem vrbis
Granate cum summa omnium referret voluptate. Tu
vero omnium magnificentiam longe ſupergreſſus:quo ſin
gularem animi tui letitiam.quam ex hac chriſtiane religi-
onis amplificatione ceperas.et ſimul amorem obſeruātiā
qꝫ.quibus inclytos illos principes proſequeris. oſtende-
res.ſpecioſiſſimum currum:quo ijdem de Baudeli Grana
te Rege triumpharunt.tanto ſumptu et apparatu: tanta
qꝫ pompa et ſplendore induxiſſes.vt Senatus populuſqꝫ
Romanus veteres illos maiorum ſuorum triumphos iā-
pridem ſeculis noſtris incognitos uunc demum ſpectare ſi
bi videretur.et ſimul in circo ingentibus propoſitis premi-
is celeberrimos ludos:in quibus equites grauis armatu-
re longis inter ſe haſtis cum ſumma populi voluptate con
currerent.pluribus diebus edidiſſes.Itaqꝫ ego tantorum
veſtigia ſecutus:quo et ipſe pro virili parte interiora ani-
mi mei gaudia:quo pacto poſſem:cunctis aperirem et ſi-
mul noſtrorum temporum felicitati quondam modo gra-
tularer:vnius duntaxat diei.quo videlicet Urbs Grana-
ta Baudelis regis bello iam fracti fameqꝫ fatigati deditio
ne recepta eſt:acta complexus ſum hiſtoriamqꝫ interlocu
toribus perſoniſqꝫ ita contexui:atqꝫ diſtinxi:vt totaꝫ rem
ita vti geſta eſt:poſſet Populus Romanus non ſolum au
ribus percipere:verū etiam oculis intueri:eamqꝫ tuo am-
pliſſime Antiſtes.cui omnia debeo:nomini dicaui: tuoqꝫ a
cerrimo iudicio caſtigandam ſubieci:tibi enim vt pote Re
gie illorum maieſtati deditiſſimo:et qui imprimis hac no-
ſtra tempeſtate ingenijs faues:et de eorum ſtudijs ac ſcri-
ptis iudicare potes:id muneris potiſſimum debebat.Eam
igitur cum tu magnopere probaſſes. confeſtim tempora-
rio in tuis magnificentiſſimis edibus.excitato theatro:re-
cenſeri agiqꝫ curaſti.Tāto autem patrū ac populi ſilentio

UVA. BHSC. IyR_215_1

⁊ attentione excepta eſt:tantuſqz fauor ac plauſus ſubſe
cutus: vt iamdudum nichil eque gratum ac iucunduz au
ribus oculiſqz ſuis:oblatum fuiſſe omnes faterent. Quod
ea potiſſimum cauſa contigiſſe crediderim:ꝙ res erat per
ſe ipſa gratiſſima:⁊ excellentis virtutis:qua Rex ⁊ Regi-
na predicti ſunt:commemoratio.nobilibus ⁊ bene inſtitu
tis animis non iucundiſſima eē non poteſt. Eadem hiſto-
riam.non tam mee fame:que perexigua eſſe poteſt:q̄z Re
gie glorie ſtudens:eodem te hortante vna cum nonnullis
carminibus:que Marcellinus Verardus nepos ⁊ alūnus
meus facili ⁊ copioſa adoleſcens ingenio me auctore Juſit
vulgandam putaui:quo reliquis etiam populis chriſtiani
nominis:qui dum ageretur intereſſe nequiuerunt: tam p̄-
clare victorie.tanteqz virtutis ſplēdor illuceſceret.poſſent
qz hoc exemplo admoniti reliqui. Reges:ac principes no
ſtri intelligere:quanto glorioſius ſalutariuſqz ſit pro religi
one noſtra tuenda vel amplificanda aduerſus eius hoſtes
arma ſumere:quam pro leuibꝰ ⁊ caducis fortune muneri-
bus(vt ſepe ſolent)inter ſe digladiari. Vale Preſul opti-
me humanitatis ingenij ⁊ modeſtie columen

ARGVMENTVM.



UVA. BHSC. IyR_215_1

REbus ſuis Rex Maurus cum diffideret:
Suos amicos conſulit: variantibus
Sententijs quorum incertus dimittitur.
Mox nuntij aduentu Turcarum pricipis
Spondentis illum inuaſurum Trinacriaꝫ
Cum vere primo: confirmatur plurimum:
Diemqꝫ letum hunc ſtatuit in conuiuio
Luxu parato regio traducere.
Sed illud omne perturbauit gaudium
Speculator hiſpanorum Regem nuncians
Urbem continuo decreuiſſe inuadere.
Poſtpaulo Regis numidarum litteris
Permagna pollicentis ſibi auxilia
Erectus animo. prefectum cum copijs
hoſtilem mittit qui contundat impetum.
Sed territus poſtremo vxoris ſomnio:
Exercituſqꝫ internitione cognita:
Bello fameqꝫ fractus: ac demum omnibus
Rebus iam deſperatis. ad clementiam
Confugit hoſtis: vrbem ſeqꝫ tradidit.
Fernandus et coniunx ſumma cum gloria
Granata ⁊ omni illius regno potitur.

## ¶ PROLOGUS.

SAlutem primũ Spectatores optumi
Quorum frequentia: vultuqꝫ maxume
Letor ſereno vobis ſummam nuncio.
Aures michi dein ſi dabitis propicias:
Qua huc gratia prodierim: paucis eloquar

UVA. BHSC. IyR_215_1

Apporto non Plauti aut Neuij comedias:
Quas eſſe fictas ſcitis omnes fabulas.
At nouam vobis veramqʒ fero hiſtoriam:
Per quam licebit noſſe: vt ſummi principes
Fernandus ⁊ coniunx domuerunt Beticam
Regniqʒ Granatam caput: ⁊ finitimis.
Terrorem populis adiecere Imperio.
Quod fabulis ſi in fictis tantam capere
Soletis pleno voluptatem pectore:
Quid queſo res vbi narratur veriſſima
Cognitioneqʒ digna vos facere addecet?
Preſertim cum vlla hic tyrannorum ſcelera
Non ſitis audituri: aut faſtus regios:
Intolerandam vel bonis ſuperbiam:
Que ſepe deſcribi ſolent tragedijs.
Neqʒ audientur lenonum hic periuria:
Seruorum techne: aut meretricum blandicie
Auara non vſquam lena hic inducitur:
Mileſue glorioſus: aut ſicophanta impudens:
Edaxue paraſitus: vel matrona impotens:
Paterue durus: aut amator cupidus:
Et reliqua: que in Graijs noſtriſqʒ comicis
Spectata prebent voluptatem plurimam.
Verum pudica honeſtaqʒ hic ſunt omnia:
Summoqʒ cuncta perfecta conſilio
Virtute ſemper duce: fortuna comite:
Fides boniqʒ mores ⁊ probitas vigent:
Nullus ſuperbie: nullus auaritie eſt
Locus relictus: aut fedis amoribus.
Vos itaqʒ virtutem qui facitis maxumi
Fauere noſtre decet huic hiſtorie:
Animumqʒ ſummo aduortere cum ſilentio.



UVA. BHSC. IyR_215_1

Requirat autem nullus hic comedie
Leges vt obſeruentur aut tragedie.
Agenda nempe eſt hiſtoria non fabula.
Adeſte iam equis animis: ⁊ peruoſci᷑e
Maurorum Rex en qui foras egreditur
Suis conſultoribus: ſibi quid velit.

¶ Baudelis Maurorũ
Rex. Pallatar. Serra
ia. Pabdiſbar: conſul
tores.

PRofecto quã
to magis ma
giſq; cogito:
tãto mihi res
nr̃a duriore i
loco eẽ videt
dabitq; numirũ hic Rex Hi
ſpanie nobis magnũ maluz:
cui qđ remediũ inueniã. aut
q̃d conſilij capiã: neſcio. Ita
nobis oia aduerſa: hoſtib⁹ ꝓ
ſpa cõtigere. Quicq̃d tenta
uimus fruſtra fuit. Spes ha-
ctenus vane: Conatus irri-
ti fuere. Fame omniumq; re
rum iopia premimur: hoſtis
adeſt: Inſtat: nullam requi-
em feſſis prebet. In vna de-
ditione ſpes omnis oſtendit
Quam tamen ita abominor
vt emori per virtutẽ ſatius
putem: q̃z hoſtibus ludibrio
eſſe. Proinde vos: quos ſem
per ſupremos habui comi-
tes conſiliorum meorum: q̇-
q; etate ac longo rerum vſu
plus ſapitis: michi quid agẽ
dum ſit: conſulite. Nam ego
quidem ita ſum animo ꝑtũr
bato. tot me excruciant cure
vt quid michi regnoq; meo
expediat: non ſatis diſpicere
poſſim. Igit᷑ tu Pallatar: q̇
dignitate p̃ſtas: ediſſere no-
bis quid ſentias. PALLA
Graue onus optume Rex
meis hũeris imponis: q̇ me
iubeas imparatum tanta de

UVA. BHSC. IyR_215_1

re ex tempore dicere: maluiſ
ſemq; vt hi college mei prio
res ſententiam dixiſſet. quo
plus ad cogitandū ſpaciū ha
berem: ⁊ ſimul eorum prudē
tia inſtructus ad dicendum
paratior accederem. verum
quando ita iubes: parebo.
atq; animi mei iudiciū pau=
cis aperiam. Non clam me ē
Inclyte Rex quot damna.
quot incōmoda. quot clades
quorū non poſtrema pars
fui: in hoc diuturno ⁊ calami
toſo bello ab hoſtibus paſſi
ſumus. verum nō vſq; adeo
vires imperij tui fracte ſunt
ſpes opeſq; conciderunt. vt
niſi deditionem feceris: ſalꝰ
deſperanda ſit. Nam p deū
immortalem primum conſide
ra robur ac multitudinē mi=
litum tuorum ſexaginta mi
lia ⁊ eo amplius letiſſimorū
ac fortiſſimorū peditū: vrbe
ſuo firmo pſidio non exuta
in aciem educere potes. Cir
cūſpice hunc ſplendorē equi
tum. quantus ſit eis vigor.
quāta rei militaris ſcientia:
q̄ꝫ ad pugnādū prōpti: ⁊ ad
decipiēdū hoſtē edocti ſint.
meditare. Deinde cogita q̄ꝫ
ta ſubſidia ab Rege Numi
die. Mauritanieq; pncipibꝰ
⁊ ab ipo Turcaꝝ Imparore
ſperare merito poſſis. An ē
veriſimile. hoc iclytū regnū.
qd in vltimo Europe angu=
lo tanta cū nra atq; adeo oī
um Magmedis ſectatorum
glia. ⁊ ſūma cōtra xpianorū
ignominia. ānos circit octin
gētos pſeuerauit: eos paſſu=
ros nūc opprimi: peſſūdari. at
q; deleri? Atenidices. cur tā
diu ſubſidia: ſi vlla miſſuri fu
erāt. diſtulerūt: ⁊ donec in ex=
trema cōſtituti eēmꝰ neceſſi
tate. expectādū putauerūt?
Multe poſſunt eſſe cauſe: q̄
illos ab hoc honeſto ac debi
to officio: q̄ nos latēt retar=
darūt. Sed illa in aperto eſt
q̄ꝫ criſtiarunt nos nris opibꝰ
ac viribꝰ. vt maiores nri fe=
cerūt. ad reſiſtandū hoſti pa
ratos ſatis eē: neq; fieri vnq̄ꝫ
poſſe crediderūt. vt tot oppi
da. tot caſtella. tot vrbes ar
te ac natura munitas. pugna
ciſſimo milite: iſtrumēto bel
lico eiq; reꝝ copia iſtructas
tam cito amitteremꝰ. Nunc

UVA. BHSC. IyR_215_1

vero cũ res noſtras in augu
ſto ſitas eẽ:atq3 in id prope
deductas diſcrimen animad
uerterint vt niſi celeriter ſuc
curratur:aut turpis deditio
aut dirum hui⁹ vrbis excidi
um:cũ maxima omniũ nr̃m
ſtrage ſit futuru3. veriſimile
nõ eſt: Mauros potiſſimum
qui in proximo ſunt:non totis
viribus in auxiliũ noſtrum
deſcenſuros:cum preſertim
eos non lateat incendiũ no
ſtrum ad eos pertinere. In
prouerbio eſt: Tua res agit
paries cum proximus ardet
Num enim ſperare poſſunt
Regem ac Reginam hiſpa
niarum quorum hi ſunt ſpi=
ritus:ea (ſi de hoſtibus ver
fateri libet) magnitudo ani=
mi. vt vniuerſus orbis eorũ
cupiditati ſatis eẽ nõ poſſit
ſi tuo iclyto hoc Regno per
victoriã (quod dij omen a=
uertant) potientur:quietu=
ros eſſe. ꝛ non ſtatim omni=
bus imperij ſui viribus : to=
taq3 belli mole in Africam
trãſmiſuros: Quare tuam
iſtam Rex animi magnitu=
dinem atq3 conſtantiam mi
rifice laudo: q̄ preſtare exiſti
mes per virtutẽ emori quã
deditionem facere. Nam
quid eſt aliud hoſtibus:pre=
ſertim Chriſtianis. quibus
cum tanto odio diſſidemus.
ſe dedere:quam in miſeram
turpem. ac perpetuam ſerui
tutem ſe ac liberos poſteroſ
q3 omnis ſuos tradere: Qõ
ſi nos amici forſan deſerue=
rint : auxilia ſperata defece
rint virtutiq3 noſtre fortuna
inuiderit:nonne preſtabili⁹
eſt virorum: more pugnan=
tes occũbere:ꝛ non incruen
tam hoſtibus victoriam reli
quere. q̄3 aut exutos liberta
te. quã nemo bonus niſi cu3
anima ſimul amiſit:in predã
ꝛ ludibrium trahi. aut velu
ti pecudes ab hoſtibus tru=
cidari: Saguntini in hac ter
ra hiſpania (vt i hiſtorijs me
morie proditum eſſe accepi)
quo Romanis. quibus cum
federe et amicitia iuncti fu
erant : fidem ſeruarent poti
us quam ſe Hannibali de=
derent : immani in foro ex=
citato rogo ſe ſuoſq3 atq3 in
ſuper opes omnes igni fer=

UVA. BHSC. IyR_215_1

roqꝫ corrũperunt. Ergo quod illi pro fide Romanis ſeruanda fecerunt. Nos pro aris. pro ſanctiſſimis foccis. pro delubris atqꝫ tẽplis. poſtremo pro ea fide: quam deo noſtro ⁊ clariſſimo eius prophete Magmedi debemus: ſi ita neceſſitas quod minime reor: cogat facere recuſabimus? Huc accedit ꝙ nunquã eundem curſum ac tenorem fortuna ſeruat: Nunc hoſtibus fauet: forſitan poſtpaulo tibi ac tuis arridebit. Qui ſcis an ita diſata ordinarit: vt Maurorum in Europa Jmperium magno motu concuterent: potius quam euerterent: admonerentqꝫ nos imbecillitatis humane cuius nimia in ſecundis rebus obrepit obliuio? Jgitur Rex: vt iam dicendi finem faciam: te hortor vt bono fortiqꝫ animo ſis. virtuti militum tuorum confidas: externa auxilia non deſperes: et poſtremo Deum noſtrum cum propheta ſuo Magmete pro hoc imperio quod ſuum eſſe nouit: pro aris atqꝫ templis ſuis: ſi cum ſancte pieqꝫ coluerimus ac nobis ipſi non defuerimus pugnaturum: noſtreqꝫ virtuti ac pietati non defuturum eſſe confidas. BAUDELJS. Non inuito ad aures meas tua iſtec peruenit oratio. Nam vt fortem virũ ⁊ etate integruꝫ militem decet: bene ſperas: meqꝫ vt idẽ faciam. multis ratiõibus exemplisqꝫ adhortaris ⁊ sanc modo id fieri poſſit: magnopere huic faueo ſententie. Sꝫ me multa perturbant: que alias proferentur. Nunc libet ordine ſententias vr̃as exquirere. Dic igitur Serraia: meqꝫ ſi potes prudenti tuo conſilio ex tantis curis miſeriiſqꝫ exime. SERRAJA. Difficile ẽ id quidem optime Rex. ⁊ quod preter deum vix quenqueꝫ hominum preſtare tibi poſſe arbitror. BAUDELJS. Cur queſo? SERRAJA. Quia in tanta aduerſitate fortune: vix optari fas ẽ: vt curis moleſtiiſ-

qꝫ plurimis carcas: etiam ſi miſerias euaſeris. BAT.

Recte ais. neqꝫ id ego propterea dixeram: ꝙ me curis moleſtiiſqꝫ vacuum eē poſſe ſperarem: Sed te vt hortarer conſilio. quo polles plurimum: me iuuares. SERRAJA. Utinā ea eēt in me prudētia: quā michi tribuis. quam ego michi neqꝫ ſumo neqꝫ arrogo. BAT.

Pro modeſtia tua id facis at ego q̃ꝫtum prudētia valeas: re ip̃a expert⁹ intelligo. vtināqꝫ tibi bene monēti hacten⁹ obtēperaſſem. Nā meliore fortaſſe in loco. q̃ꝫ nūc ſunt: res noſtre forēt. Itaqꝫ aperi michi ſenſuꝫ animi tui neqꝫ expectes: vt te iterpellem. libentius enim vt ballatarē modo: audiā ꝑpetua oratione ſententiā tuā explicantē. SER. Poſtq̃ꝫ ita vis. parebit̃ tibi. Quā vellē Rex vt reb⁹ nr̃is ita fortuna arrideret. vt merito poſſem ballataris: quē ſedulo dixiſſe credo. ſniam cōfirmare. ac tibi ſpeꝫ aut victorie: aut ſalutē defectiōis iniicere. Nichil eni libēti⁹ feciſſē. Sed ī res q̃ꝫ tū ego iudico. nō ſinit: ſatius eē duco. vt tibi vtilia ⁊ vera cōſulam. q̃ꝫ iucunda ⁊ magnifica dicēdo: vana ſpe te interim lactē. ac grām ſtudeā aucupari tuā Paulopoſt vero in eū locū res deducatur. vt ꝑa ſi cupiat ſalus: te actu os ſuare nō poſſit. Quid ē. n. qđ nobis ſpeꝫ vllā certā ꝓbere videat̃: ſiue hoſtiū opeſ ac vires. ſiue nr̃as diligēter pēſitauerim⁹: Nōne oīa victoriā illis polliceri: nobis ꝑniciē. ⁊ huic vrbi excidiū: niſi nobis nature cōſuluerimus minitari vident̃: Reminiſcere queſo (licet moleſtuꝫ ſit) quotiēs per hoſce decem annos: quibus dirum hoc bellum fruſtra propulſare conamur: exercitus tuus fuſus fugatuſqꝫ ſit. quotiens caſtra capta atqꝫ direpta.

Quot caſtella. quot oppida quot vrbes. q̃ adeo manu ⁊ natura munite fuerant. vt hoſtes: niſi a celo veirēt. ꝓtineri poſſe viderent̃: partim vi et armis. partim terrore ſubacte. in poteſtatem hoſtiū de

UVA. BHSC. IyR_215_1

uenerint: Ad quod opidum
vnq̄z hiſpanie Rex admouit
exercitū: quod non ceperit:
quid concupiuit: quod non
aſſecutus ſit: quocunq̄z ſe cō
tulit: virtutem eius foꝛtuna
comitata eſt. Quid nunc o=
pus eſt: vt damna. iacturas.
clades ⁊ calamitates quas i
terim paſſi ſumus: cōmemo=
rem: cum eas. etiam ſi cupi=
as obliuiſci non poſſis: ⁊ hoc
nihil aliud foꝛet: q̄z obductū
pauliſper vulnus exulcerare
Hec igitur omittamus. conſi
deremus ſi placet hoſtis po
tentiam. Longum eēt refer=
re quot vꝛbes. quot pꝛouin
cias: quot regna poſſideat.
At non habundant ĳs reb⁹
que bello vſui ſunt: immo
pꝛeter ceteras pꝛouintias:
ĳs referte ſūt maxime vt eni
omittam ꝙ frumenti vini ce
terarumq̄z rerum ad victuz
pertinentium hiſpania fera
ciſſima eſt: ⁊ equoꝛum multi
tudine ac pernicitate reliq̄s
anteit pꝛouincias: Sicilia q̄
Fernando paret frugū mat
appellat̄. Equos mittit om
nium bellicoſiſſimos. Caly=
bes ferrum tanta copia ſuffi
ciunt: vt inde in ceteras oꝛ=
bis partes aſpoꝛtetur. Auro
vero: quo non minus q̄z fer
ro bellum adminiſtratur: ho
ſtes habundare quis dubi=
tet: Cum Tagus ⁊ alia non
nulla eoꝛum flumina hare=
nis aureis fluere dicantur.
Nam de militum numero
quid attinet dicere: cum tā=
ta ſe illi ſponte multitudo of
ferat: vt plures quotannis
ſint domuz dimittēdi: q̄z ad
bellum conuocandi. Quale
vero ⁊ quantum ſit eoꝛum
robur: que in committēdo pꝛe
lio alacritas ⁊ audacia. In ꝑ
ſeuerando conſtantia: quan
tus in dimicando moꝛtis cō
temptus: vt aut vincere aut
moꝛi parati ſint: ſepius q̄z e
re noſtra eſſet experti didici
mus. At dicet foꝛtaſſe quiſpi
am. exercitus ipſe vinctus ē
(fateoꝛ) Sed duce ⁊ impera
toꝛe: qui illum noꝛit regere:
indiget. vtinam ita eſſet: nā
non foꝛet neceſſe nos nunc
tanta cū ſolicitudine. ⁊ ani=
mi anxiatate his de reb⁹ cō
ſultat̄. Sz hēt. habet inquaz

UVA. BHSC. IyR_215_1

ducē:cui nulla cartum rerum
que in perfecto et conſum-
mato imperatore exiguntur
deſit immo adſint omnes
cumulatiſſime. Inuita hoc
in loco verſatur oratio mea.
cogitur enim de cerrimi infe
ſtiſſimiqꝫ hoſtis noſtri laudi
bus diſſerere:ſed tantas vi-
res habet veritas:vt etiam
ab inuitis hoſtibus veram
confeſſionem extorqueat.
Queritur in ſummo impe-
ratore rei militaris ſcientia.
At Rex hiſpanie i armis(vt
ita dixerim)natus:ibi adole
ſcentiam. ibi iuuentutem,:
ibi mediam etatem exercuit
Nam pene puer:bello:quod
cum Barcinonenſibus ⁊ ali
is populis deſciſcentibus a
patre geſtum eſt: paternis
auſpicijs militauit: i quo dif-
ficile dictu eſt(vt memorāt)
quantam indolem virtutis:
quot ſigna fortitudinis:ma-
gnanimitatis ac future pro
bitatis oſtenderit. Eo vero
ad huc pretextato cum Lu-
ſitanie Rex magni vir ani-
mi ac virtutis vniuerſam fe
re hiſpaniam citra Iberum
infinito pene exercitu inun-
daſſet:ac fauentibus plurib⁹
eius regni principibus et te
trarchis.iaꝫ Caſtelle regno
tanquam opime prede incu
baret Fernādus:hoſtis nūc
noſter.tanta celeritate: tan
ta virtute.tanta deniqꝫ feli
citate illum ex Caſtelle re-
gno expulit: vniuerſam hiſ-
paniam:que ad ſe dotis iure
ſpectabat . recepit ac paca-
uit.vt non homo.ſed numē
aliquod de celo delapſum tā
tum bellum: tam inteſtinuꝫ
tantis viribus omni ex par-
te ſubnixum tam breui con
feciſſe videretur. Nobiſcum
vero cum decimum iam an
num:⁊ quideꝫ ſemper victor
pugnauerit:quod gen⁹ bel-
li:que dimicatio. que diſci-
plina militaris: que callidi-
tas.aut in comparandis ho
ſti inſidijs. aut deuitandis:
et cetera id genus:ei ignota
eſſe poſſunt:ac non aſſiduo
vſu percepta ⁊ cognita: Vir
tutes Imperatorias que-
ris? At quanta ſit Fernan-
di in ſubeundis periculis cō
ſtantia:in rebus moliendis

UVA. BHSC. IyR_215_1

efficiendiſqꝫ velocitas. in ne
gotijs laboris patientia. in
agendo induſtria. in proui
dendo conſiliuꝫ: Ad hec quã
ta ſit eius animi mignitudo
mortis cõtemptio. vere glo
rie laudiſqꝫ cupido. ſollertia
innocentia. rebuſqꝫ in omni
bus temperantia: et nos ipſi
maxima ex parte ſumus ex=
perti. et tot victorie maxĩa
eius virtute ſumma cũ glo
ria parte declarant. De
Auctoritate in Rege preſer
tim ſuperuacaneum eſt di=
cere. quem omnes ſocij ac
populares colunt vt deum
noſtri metuunt vt peſtem.
Jam vero Felicitate quan
ta is eſſe putandus eſt: qui
fortunam ipſam in omni=
bus bellis in poteſtate ha
buiſſe videatur? qui omnia
ſua conſilia ita gubernarit:
proſpereqꝫ perfecerit: vt ad
extollendum exornandum
qꝫ ex hominibus eum vir=
tus et fortuna contendiſſe
credantur. Conſideremus
porro aduerſum hec omnia:
que preſidia belli: que ſpes
nobis ſit reliqua. Virtuti
tuorum militum fidere non
potes: cum omne robur ex=
ercitus ſuperioribus bellis:
et Malacenſi Baſtenſiqꝫ po
tiſſimum cladibus amiſeris:
vt enim quiſqꝫ fortiſſimus
et audaciſſimus fuit: ita pri=
mus in acie cecidit. Si nõ
virtus: at multitudo fortaſ
ſe militũ tibi auget animos
ſexaginta milia peditum. et
eo amplius: vt Halla=
tar noſter dixit. in aciem edu
cere potes. Sed hec ſi ad
exercitum hoſtium compa=
rentur: quid ſunt. aut quid
poſſunt? In quo etiam il=
lud ineſt incũmodum. quod
quo maior eſt turba. eo ci=
tius. ſi non bello. at fame
ac peſte. conficietur. Con=
ferre vtriuſqꝫ exercitus in=
ter ſe duces. odioſum ſane
eſt. Sed ſi verum fateri
volumus. licet Rex ſis con
ſilio prudens: in prelijs au=
dax ac manu promptus nõ
potes tamen cum Fernan=
do iure comparari a quo ſe
pius victus. et ſemel captꝰ
quantum ille in bello vale=
ret: tibiqꝫ preſtaret. tute

UVA. BHSC. IyR_215_1

ipſe ſenſiſti. Externa vero auxilia tam diu fruſtra expectauimus: vt ſtultum eſſe putem in eis ſpem vllam ponere: preſertim cum ita ferro: fame: incommodiſq; omnibus vrgeamur: vt bellum trahere: diutiuſq; ea expectare non detur. In preſentiq; nobis deliberandum ſit: vt aut omnes moriamur: aut deditionem faciamus. Et profecto: licet vtrumq; ſit durum: tamen ſi ex duobus malis: minus eligendum eſt: deditionem potius faciendam ſua deo.

Ad quod potiſſimum te hortari debent Regis ac Regine Hiſpaniarum cum ſingularis humanitas: manſuetudo: facilitas. Tum ſumma in promiſſis conſtantia et fides: et aduerſum eos: qui ſe ſponte dediderunt: inaudita clementia. nam eos tam benigne tam indulgenter tractare dicuntur vt non ſeruorum (quod iure belli poſſent) ſed amicorum et ſociorum quodam modo loco habere videantur: eoſq; ſuis legibus atq; inſtitutis: ſuo ritu ac cerimonijs viuere patiantur. Ut igitur in pauca conferam: cum neq; ipſi ad reſiſtendum hoſtis potentie ac virtuti pares ſimus: neq; diutius obſidionem ferro ac fame vrgentibus tolerare poſſim⁹: neq; in externis auxilijs iam pridem fruſtra expectatis ſpem habere debeamus. Contraq; liceat plurimum benignitati & clementie Regis ac Regine confidere: quāprimum deditionem faciendā eſſe cenſeo. BAUDELIS. Dic tu Abdiſbar. ABDISBAR.

Tam multa ſunt in vtranq; partem et ab Hallatare animoſe: et a Serraia dicta ſapienter: vt illis auditis magis ſim animi dubius: quam ſi in initio michi ſententia dicenda fuiſſet. Itaq; cum ea res in conſultationē veniat: q̄ nulla maior excogitari q̄at q̄ppe i q̄ de fortunis oib⁹: de liberis ac cōiugibus noſtris: de vita. de libertate: de aris atq; tēplis agat: ego āplius

UVA. BHSC. IyR_215_1

deliberādum cenſeo. BAV
Merito vos omnes laudo:
nam ⁊ ſi veſtris varijs ſentē-
tijs ſatis me incertum dimiſi
ſtis: tamen his hinc et hinc
auditis videor propemodū
quid mihi Regnoqꝫ meo ex
pediat: poſſe diſpicere. Quā
ꝙ autem in Serraie ſenten-
tia animus magis inclinare
videtur: tamen quia a ſapiē-
tibus viris ſolitum dici au-
dio: Conſulendum cunctan-
ter: agendum vero eſſe cele-
riter. Placet in alium diem:
iuxta Abdiſbaris conſilium:
hanc conſulationem reijcere
Ite igitur vos intro: ⁊ ad ſu-
um quiſqꝫ munus redite: ac
ſuper his etiam atqꝫ etiā co-
gitantes parati eſtote: vt cū
vos iterum cum alijs noſtri
Regni proceribꝰ: qbꝰ cū pla
cet hec communicari: in con
cilium euocauero: nichil mo-
re ſit: quin pari cōſenſu recte
ſapienterqꝫ michi conſulere
poſſitis. Tu vero. Abdiſbar
ne a latere mō diſceſſeris. Nā
eſt: quod te velim. ABDI.
Ego vero nuſꝙ abeo: et ad
tua iuſſa preſto ſum.

¶ Speculator Ragel. Baudelis Rex. Abdiſbar.

Vbi nūc ego Re
gem querā: aut
quo primum in
tendam? Nam
nūꝙ eodem in
loco quieſcit diu: nunc vrbis
incenia luſtrat: defenſoreſqꝫ
in propugnaculis diſponit:
nunc in arce: que a defenſio-
nem opportuna ſunt: parat:
modo hanc portam: que re-
cta ad hoſtes tendit: pauluꝫ
egreditur: vt inde quid ho-
ſtes moliantur ꝓſpectet: aut
primus audiat. q̄ꝫ vellem eū
nunc obuiam dari: ne michi
in arcem trāſcurſo opus eſſet
et hoc amplius ad laſſitudi-
nem adderetur. BaV. Ab-
diſbar. Quem video horſuꝫ
tēdere? eſt ne hic ſpeculator
Ragel: an nō eſt? ABDIS
Certe ipſius eſt. BAV. Nō
temere eſſe arbitror: ꝙ ſic fe-
ſtinat. Vei miſero michi. AB
DIS. Quid times? BAV.
Quia per hec tēpora ita ſuꝫ
aſſuetus audire que nolo: vt
ſemper cum nuntium quem



UVA. BHSC. IyR_215_1

piam ꝯſpicor: mali quid ani-
mus prefagiat michi. Heus
Ragel. Quo properas: RA
GEL. hem. Quis me vo-
cat: BAV. Reſpice ad me: ⁊
ſcies. RAGEL. Opportu-
ne, ad te ibam. Salue Rex.
BAV. Quid affers: leta ne
an triſtia: RAGEL. Non
hercle certuꝫ ſcio qualia ſint
Illud dicam: qđ vidi. BAV
Expedi. RAGEL. Iā. Ve-
rum ſine me: ſi libet: vel pau-
liſper reſpirare: nam pre cur
ſu vix loqui poſſum. BAV.
Mos geratur tibi. Eia elo-
quere iam. RAGEL. Elo-
quor: Cum eſſem in ſpecula:
ad eamqꝫ partē: que ad ma-
re vergit: oculos coniicerem:
proſpexi quoſdam nouo ha-
bitu: quem nunquam ante
hac videram: horſum ad in-
cenia tendere: ſtatimqꝫ cu-
curri: vt id tibi nuntiarem.
BAV. Amici ne an hoſtes
eſſe viſi ſunt tibi: RAGEL.
Neſcio. illud ſcio: ꝙ properā
tes veniebant. BAVD. Ho
ſtes ſunt igitur. ABDIS.
Qui ſcis an iccirco propera-
rent: ne hiſpanorum: qui om
nia fere circum obſident: cu-
ſtodias elapſi: iterum in eoꝝ
inſidias inciderēt: ab ijſqꝫ ca-
perentur. BAVDELIS.
Omnia timeo: ⁊ quid timeā
neſcio. ABDISBAR. De
ſine queſo male ſuſpicari: et
ad eas miſerias: quas res ip-
ſa: ⁊ aduerſa hec tp̄a ferunt:
metum ⁊ ſolicitudinem (vt
reor) nunc vanam adijcere.
BAVDELIS. Cedo Ra
gel: qualis fuit habitus iſte
quem dicis: RAGEL: Cen
ſen me potuiſſe ex ſpecula
tam cito omnia conſiderare
ac perpendere: Illud tibi af
firmare poſſum: ꝙ eorum ha
bitus propior noſtro ꝙ̄ hi-
ſpanico viſus eſt. ABDIS
BAR. Rex ne dubita: nam
niſi me animus fallit: amici
ſunt. BAVDELIS. Ita
deus faxit. Sed opportune
adeſt Bomilcar alter ſpecu-
lator. ABDISBAR. Hic
te certiorem reddet.

¶ Bomilcar Abdiſbar
Baudelis. Rex

UVA. BHSC. IyR_215_1

ECquis me vnquā fuit felicioꝛ nūtius: Nemo hercle q̄ſquā: Nam tantum boni Regi appoꝛto: quātum adis vix audeat optare Sed vbi eum queram: quem percontēr: ABDJS BAR Audin tu illum: BAUDE. Audio: ſed quid dicat non ſatis intelligo. ABDJS. Letus ē. BAUDELJS. Jta videtur. heus Bomilcar. BOMJL. haud mirum eſt reuocari pꝛoperantem de via. Quis me vult: BAUDELJS. Js qui tibi imperare poteſt. BOMJLC. hem. ſaluus ſis Rex. teipſuz querebaz. BAUDELJS Quid eſt Bomilcar. quid afferſ: Bomilcar. Affero nuntium: cuius te maxime participem fieri velles: ſi ſcires q̄ntum in eo ſit boni. ABDJS Dixin tibi te fruſtra timere: BAUDELJS. Explica ergo quāpꝛimum quid appoꝛtes: ꝛ metum: in quo nūc ſum: adime. BO. Ea adime Legati Turcarum Jmperatoꝛis ad te cum muneribus veniūt. BAU. Qui id ſcis: BO. Quippe qui ex ipſis audiui. Nam: vt diligentis ſpeculatoꝛis poſcebat officium: illis viſis: curaui vt ſcirē qui nam eēnt: ꝛ quid ferrent: quibus cognitis ad te q̄zpꝛimum aduolaui. BAU. Diligentiam tuaz laudo. O ſumme rerum opifex gratias tibi ago: ꝙ ex tot vnus tandez letus allatus eſt nunti⁹. Abdiſbar: pꝛopera illis obuiam atqz huc ad me q̄zpꝛimū eos adduce. Nam vbi intus que opus ſunt facto: imperauero mox huc reuertar: vt legatos hic corā omnibus honorifice excipiam: quo populus qui iam diffidebat rebus ſuis ac noſtris: hoꝛum aduētu aliquātulum a malis aſpiret. Uos ad ſpeculas veſtras redite: atq̄ heus curate: vt ita diligenter obſeruetis: que apud hoſtes gerantur omnia vt ne muſca quidem illic ſe commouere poſſit: quin a vobis ſtatim certioꝛ fiam.

¶ Legatus Baiazit Jmperatoꝛis Turcarū Abdiſbar.



UVA. BHSC. IyR_215_1

Baudellis Rex Granate.

DJci nō poteſt
quāta me ce=
perit volup=
tas poſtqnaꝫ
Granate ince
nia proſexi. Tot enim pericu
la maris ac terre in tam lon=
ga peregrinatione paſſus ſū
vt nunq̄ꝫ me huc incolumen
peruenturum putarem. AB
DJS. Non mirum ſi gaū=
des. Quid eſt enim iucundi
us: q̄ꝫ extra pericula poſitū:
preteritorum laborū recor=
dari. Sed Rex egreditur.
LEG. Salue optime Rex.
BAV Et vos ſaluete LEG
Magnus Turcarum Impe
rator cum his litteris ad te
nos ire iuſſit: quas vbi legi
mandaueris: quid veniam⁹
explicabimus. BAV. Lege
has Abdiſbar. ABD. Ledo:
Soltā Baiazit magn⁹ Tur=
carum imperator Baudeli.
Granate Regi. S. P. D.
Quid tibi has reddidit fami
liaris noſter eſt magne apud
nos auctoritatis ⁊ gracie: ei
mandauimus: vt nonnulla
noſtris verbis tibi nuntiaret
Quare fidem ei habeas: et
que ex eo acceperis: putato
ex me ip̄o accepiſſe. Vale ex
vrbe noſtra Conſtātinopoli.
x. kal'. Octobris LEG. Op
tume Rex magno animi do
lore nuper affectus eſt incly=
tus imperator. Turcaruꝫ: q̄
accepit ex tam munito et vi=
ris armis equiſqꝫ affluēti re=
gno: nichil tibi reliquum eſſe
preter hanc vnam vrbem im
perij tui domiciliū: ⁊ tot quō
dam Regum potentiſſimo=
rum fortiſſimorumqꝫ paren
tem: quos ferunt vniuerſe
Europe populiſqꝫ Chriſtia=
ni nominis ſepe terrori fuiſſe
Reliqua omnia oppida: ca=
ſtella: vrbes: prouiciaſqꝫ par
tim belli impetu ⁊ terrore p̄=
culſas deditione facta: parti
et maiore quidem ex parte:
vi ferroqꝫ expugnatas ac di
reptas in hoſtium tuorum: i=
mo conium: ditionem iuſqꝫ
conceſſiſſe: metu c̄dūqꝫ eſſe:
niſi tibi aliunde ſuccurratur:
ne cum magna tua tuorum=
qꝫ clade: ⁊ ſimul Magmedis
ſectatorum ignominia: aut
hoſti ſuccumbas: aut turpem
deditionem facere cogaris.
Cūqꝫ animauerteret: hoc in

UVA. BHSC. IyR_215_1

cendium:niſi celerites extin
guatur.aut ſaltem ſubductiſ
fomentis imminuatur: facile
poſſe latius diffundi. ⁊ Afri=
cam primo:deīde etiam Aſi=
am fortaſſe corripere.ſtatuit
ad cōmune incendium extin
guendum cōmunibus quo=
qꝫ viribus accurrere: ⁊ pro
virili parte tibi regnoqꝫ tuo
qua poſſet ope: non deeſſe.
Itaqꝫ nos huc ad te legatoſ
miſit :qui verbis eius pollice
remur.primo quoqꝫ tempo=
re:quo tempeſtiuuꝫ eſſet ad
nauigandum mare: eum in
genti claſſe Siciliam Sardi
niamqꝫ inuaſurum:⁊ ita illic
omnia igni ferroqꝫ vaſtatu=
rum:vt hiſpanie Rex ſuorū
clade perculſus.⁊ in diuerſa
diſtractus:ab hoc affecto et
prope iam confecto bello de
ſiſtere . ſuiſqꝫ opem ferre:ac
potius de propulſando quaꝫ
de inferendo bello cogitare
cogatur. Non minus autem
libenter huc ad te ſubſidia
Imperator meus mitteret:
niſi per tanta terraruꝫ ac ma
ris ſpacia abs te diuiſus id
ſibi difficillimum periculoſiſ=
ſimumqꝫ fore exiſtimaret.
Quam ob rem optume Rex
eius nomine te bono erecto
qꝫ animo eſſe iubeo: hortor=
qꝫ vt interim has belli diffi=
cultates ac pericula : longe=
qꝫ obſidionis moleſtias pati
enter ſubſtineas. ⁊ quiduis
potius in animum inducas:
quam deditionem facere. id
eſt enim Chriſtianorum ſu=
perbie ludibrio eſſe:⁊ in tur
pem perpetuamqꝫ ſeruitutē
te tuoſqꝫ tradere ſpereſqꝫ de
os ⁊ homines auxilio tibi nō
defuturos:niſi per ignauiam
puſillanimitatemque( quod
de tante virtutis viro nefas
eſt ſuſpicari )prius tibi ipſe
defueris. Munera autē hec
leto animo vultuqꝫ ſuſcipe:
ea enim tibi de more Baia=
zit mitti : vt ſint federis et a
micitie inter vos certiſſimum
pignus et monimentum .
BAI. In tempore ipſo Le
gate cariſſime cum iſtis man
datis te inclytus Impera =
tor tuus : ⁊ ipſa( vt reor ) fa
ta miſerunt. Ita enim eram
bello fractus tot curis fati=
gatus:tot malis:tot aduer=
ſis caſibꝰ oppreſſus. ita ſpes
oīes tanquam vane ex aīo



UVA. BHSC. IyR_215_1

exciderant: vt iam nichil fe-
re aliud quam de facienda
deditione cogitarem. Nunc
quando tam oppportunum
ſubſidium mich Baiazit
pollicetur. certum eſt omnia
experiri: extrema queqꝫ pa
ti: etiam ſi ad humanos ci-
bos reddigeremur. vt in ſimi
libus aut forte minoribus ca
ſibus Hieroſolomitanos ob
ſidente Tito ac pleroſqꝫ ali-
os populos feciſſe tradunt:
potius quam deditionem fa
cere. preſertim cum plura.
Imperatorem tuum quam
polliceatur: re ipſa preſtitu-
rum confidam. ea animi ma
gnitudine: ea potentia. ea
poſtremo fide illum eſſe om
nes predicant: ſtatuiqꝫ non
committere: vt quando dij
hominesqꝫ nos adiuuant.
(quod bene abs te dictum
eſt) nobis metipſi defuiſſe vi
deamur. Gratiam autem:
quam pro tātis erga me me
ritis illi referam in hac pre-
ſertim afflicta fortuna nullā
habeo: ſed ſperare debet il-
lum quem pie colit commu-
nem deum: qui benefacta
hominum audit ac videt. et

pro meritis vnicuiqꝫ iuſta
premia tribuit: gratiam ſibi
cumulatiſſimam relaturum.
Ego vero ſi eius ope (quod
ſpero) ſeruatus fuero: hoc im
perium. hanc regiam digni-
tatem: et poſtremo hanc ani
mam ipſam: qua ſpiro. illi
acceptam referam. memori
amqꝫ tanti beneficij colam
beniuolentia ſempiterna.
Munera vero libenter acci-
pio: eaqꝫ non tantum vt a-
micitie ac federis noſtri ſed
fidei. quam michi ſeruatur9
eſt. firmiſſimum pignus: per
petuumqꝫ monimentum in-
uiolata cuſtodiam. Vos mu
nera iſtec intro auferte: ac di
cite architriclino vt cenam
michi et his nobilibus hoſpi-
tibus regio luxu patet: volo
enim nos hunc diem letum
feſtumqꝫ agere. et cum omni
gaudio et alacritate celebra
re. Tu vero legate cum tu
is regiam ingredere. vt duꝫ
ego ſacrificijs inter ſum. ac
deo noſtro pro tantis meri-
tis gratias ago pauliſper re-
quieſcas: et poſtea ſimul me
cum in cena recreeris. LE-
GAT. Ego vero ac lubens

UVA. BHSC. IyR_215_1

nam de via feſſus quiete pre
ſertim indigeo.

¶ Fernandus Rex
Helisabe Regina
Petrus Mendo-
za Cardinalis.

q
Uis hoc nõ ad
miretur: tanta
hos perfidos
mauros predi
tos eſſe perti-
nacia atqꝫ vecordia: vt cum
vndiqꝫ adeo circumſepti ſit
vt vix quiſquam niſi per icer
tos tramites et loca feris ca-
pris pene inuia. ad eos pe
netrare poſſit: cum armis no
ſtris obſiſtere: famen diuti-
us tolerare nequeant. tamẽ
deditionem: quam ſe duduꝫ
oſtenderant eſſe facturos. ꝓ
craſtinent. et animum nr̃m
iam ad maiora tendentem:
in hoc ſegni bello detineant
occupatum. Nam ſi in acieꝫ
ſepe prodirent: minus egere
ferrem has obſidendi mole-
ſtias. Sed poſt prima il-
la prelia: quibus noſtram mi
litumqꝫ noſtrorum vim ac
virtutem ſenſerunt: ſemper
ſe vallo ac incenibus tuta-
ti ſunt. nec aperti certami-
nis copiam vllam fecere.
REGINA. Sapiunt mea
quidem ſententia. nam ſtul
tiſſimi forent ſi virtute ac vi
ribus inferiores cum ſuperi
ore contenderent. REX.
Quid igitur faciemus: RE
GINA. Nempe vt cepi
ſti. Cum opus eſt fortitu
dine: alijſqꝫ bellicis virtuti
bus: quibus polles plurimũ
vt illis vtaris. Cum opus
eſt patientia: ab qua non-
nunquam (que tua eſt ani-
mi magnitudo atqꝫ ferocia)
videris aborrere: eam quo
qꝫ amplectaris. omnia enim
tempus habent ſuum. Nũc.
meo iudicio: patientie tem-
pus eſt: vt videlicet poſt-
quam hiems grauis inſtat:
neqꝫ magnum conſerere au
dent hoſtes. neqꝫ ſine ma-
nifeſto periculo ad Urbis in
cenia tanta militum frequẽ
tia: ſcorpionibus: baliſtis
tormentiſqꝫ bellicis munita
licet exercitum admouere:



UVA. BHSC. IyR_215_1

tue militumqꝫ ſaluti conſu-
las:ꝛ equo animo has belli
moꝛas perferas. CAR. Sa-
pienter: moꝛe ſuo: Regina
tibi cõſulit inuictiſſime. Rex
Nam capitis adire periculũ
niſi neceſſitas vꝛgeat: nõ pꝛo
bo. Et ſane q̃ꝫto magis exu
peras virtute: tanto equius
eſt Reginaꝫ: atqꝫ adeo nos
omnes: qui ex te pendemus
de tua ſalute eſſe ſolicitos.
omneſqꝫ caſus. qui homini
accidere poſſunt. maturius
expendere. ꝛ nonnunquam
foꝛtunam nimium fauenteꝫ
metuere. REX. Fateoꝛ ita
eſſe vt dicitis: ſed tamen ſtre
nuis ducibus vetus illud ver
bum in oꝛe ſemper eſſe cõſue
uit: Non ſine periculo fit ma
gnum facinus ac memoꝛa-
bile. REG. At id periculuꝫ
vbi de vita agatur. te adire
minime velim. Qui ſcis an
bꝛeui: ſi pauliſper modo qui
eueris. veniam hoſtes oꝛatũ
veniant: ſeqꝫ. cum: id minus
exiſtimes: vltro dedant:
REX. Nimis ſero id factu-
ros arbitroꝛ: niſi eos omnibꝰ
modis: ꝛ artibus terruerimꝰ.
niſi eos nunquam paſſi fueri
mus quieſcere. niſi poſtremo
omnes nos aditus explora-
re. omnes ad expugnationẽ
Urbis vias tentare perſenſe
rint. CAR. Uideo te Rex
inuadende Ut his cupidita
te flagrare: quod magnope-
re laudo. Nam id magnitu-
dini animi debet aſcribi: ve-
rum a Regine conſilio: quo
te ad patientiam adhoꝛtat:
non ſine magna ratione di-
ſcedendum puto. Nam ſi ti
bi iucũdum eſt: glorioſumqꝫ
exiſtimas: in pꝛelijs ſepe ver
ſari. conſideres etiam opoꝛ-
tet: non minoꝛem fere glori-
am conſecutum eſſe Fabium
Maximum quam Scipionẽ
Si quidem hãnibalem Sci-
pio in acie vicit: eundem an
tea Fabius iuueniliter exul-
tantem patientia ſua domu-
it. ꝛ vt vinci poſſet: effecit. il
le Affricanus cognominatꝰ
eſt. hic imperij ſcutum et rei
romane reſtitutoꝛ a populo
eſt vocatus. Imitatus es ha
ctenus Scipionem foꝛtiter
dimicando. imitare nũc pau
liſper Fabium ſapienter cun
ctando. REX. Laudo con-
ſilium veſtrum: ꝛ eo vtar ſuo

UVA. BHSC. IyR_215_1

loco ⁊ tempoꝛe.ſed mihi nūc
aliud ſuadet occaſio.que pꝛe
termittenda non eſt. Nam
et Scipionem:quem me di=
xiſti hactenus imitatum:.et
vere dixiſti:vtinamqꝫ vt ei⁹
virtutem ſequoꝛ: ita aſſequi
poſſem.ſed Scipionem ſoli=
tum dicere accepimus. tunc
eſſe:cum hoſte confligendū:
cum aut neceſſitas incidit:
aut obuenit occaſio REGI
NA. Dic obſecro mi vir que
eſt iſta occaſio: quam tibi in
pꝛeſentia ſecus quam vos
conſulimus:ſuadere dixiſti:
REX. Dicam:neqꝫ eniꝫ fas
eſt quicquam vobis eſſe ab=
ſconſum ac reconditum. ſed
animum aduoꝛtite. REGI
NA. Iſtic ſum. CARDI.
Et quidem ego. REX. Ex=
ploratoꝛ Didacus modo nū
tiauit defenſoꝛes paucos eē
in incenibus: eoſqꝫ patien,
tia noſtra:quia pꝛoximis die
bus pauliſper quieſcere per=
miſſi ſunt. factos eſſe multo
negligentioꝛes ſolito. Idem
ait ſe animaduertiſſe in po=
ſterioꝛe Urbis parte locuꝫ
quedam non ſatis munitū:
muro illic vetuſtate collapſo
ſed virgultis ſentibus ⁊ ca=
pꝛificis obtecto. eundemqꝫ
locum ab hoſtibus negligē
ter cuſtodiri: ꝙ ſit a caſtris
noſtris auerſus: neqꝫ ex ea
parte fuerint hactenus ab ex
ercitu noſtro vexati. REG.
Quid igitur facere cogitas:
REX. Si tacueris:citius au
dies. REGINA. Taceo
ac iubens: Nam mulieri de=
cus affert taciturnitas. Rex.
Hoc michi ſedet in animo:
quando hec ſe pꝛebet occa=
ſio: belli tentare foꝛtunam:
lectiſſimos milites. ex ea par
te vbi locum dixi minus eſſe
munitum. in inſidijs colloca=
bo. reliquum exercitum: ad
hanc partem. que caſtris op
poſita eſt:ad incenia admo=
uebo. hi ſcilicet pugnabunt
acriter: totumqꝫ in ſe hoſti=
um impetum oculoſqꝫ con=
uertent. Interim foꝛtaſſe da
bitur occaſio ijs:qui in inſidi=
is erunt:incenia defenſoꝛib⁹
vacua capiendi: in vrbem
qꝫ irrumpendi. CARD.
Pꝛofecto pꝛudētiſſime iſtud
conſilium tibi venit in men=
tem: idqꝫ magnopere lau=
do: nam pꝛoſpere gerende

UVA. BHSC. IyR_215_1

rei facultatetem omittere: extrema clemẽtia eſt. REG Placet hoc tibi conſilium: CAR. Quid ni: cum ſit ple=num prudẽtie. REGINA Michi quoq; ita videtur. Sed ſi pugnare ſtatuis, mi vir. REX. Statuo quidem REGINA. Obſecro ne ad menia propius accedas: vnde te baliſte aut tormen=ta ipetere poſſint: nimis eniz miſere ea timeo. REX. Ne timueris: deus.n. cuius cau=ſam agimus. nos tuebitur: pugnabitq; nobiſcũ. Tu mo do: vt ſolita es. ad ipſum: ac diuũ Jacobũ: quẽ tam pie co lis: preces fũdito: pfũdito eni pro ea religione ac pietate: que in te ſumma ſunt: tuis precibus victoriã nobis poſ=ſe impetrari: quẽadmodum vt ſacra narrat hiſtoria: po=pulus Jſrael elicictus Moi=ſe orante vincebat. REGI NA. Utinam quidem di gna ſim que audiar: nam pie preces non deerunt: ſed ſpero potius deum: qui tuaz ſibi deditam mentem intue=tur. qua non ad tuam: ſed ad eius laudem et gloriam om=nes actiones. conatũs: cogi=tationeſq; tuas dirigis: vir=tutem tuam adiuturum. REX. Jta pro ſua immen ſa bonitate: non pro noſtris meritis: que perexigua ſunt faxit. Heus tubicen admo neto omnes duces: centuri=ones et milites noſtros ad pugnam ineundam ſe pa=rent. vt cum tempus preli=andi michi viſum fuerit: nul la ſit mora. quin eos inſtru=ctos in aciem educere vale=am. Eamus iam hinc in caſtra: vt ego quoq; arma induam. et lites adhorter. REGINA. J pre: nos te ſequemur.

¶ Hametes explo=rator. Manſit cuſtos.

UVA. BHSC. IyR_215_1

[D]E ego infelix
homo ſum:
qui nichil vn
quã niſi mo-
leſta actriſtia
regi meo nũ
tiem. MAN. Juſſit me Rex
hic in porta: que ad hoſtes
ſpectat: dum ſacris intereſſet
ac cenaret: aſſidere. et qui in
trarent: quiq; exirent. diligẽ
ter obſeruare: ac ſiquid ex
hoſtium caſtris noui afferre-
tur: renuntiare. HAM. Sed
michi ad Regem properato
opus eſt. MAN. Quis eſt
qui huc tam feſtinat: et ſecũ
neſcio quid fabulat᷑? HAM.
Ut quãprimum Regem con
ueniam: et huius quicquid ẽ:
participem faciam. MAN.
Ibo obuiam homini: vt ſciã
quid afferat: nã niſi me ocu
li fruſtrantur. explorator eſt
hametes. HAM. Niſi
enim is ſtatim: quoad poteſt
rebus ſuis ac noſtris conſul-
uerit. aut potius deus quiſ-
piam nos reſpexit: Actum
eſt illicet. perimus. MAN.
O hamete. HAM. Quis
me vult? MAN. Manſir
amicus tuus. HAN. Quid
eſt quod me velis? MAN.
Quid apportes ſcire velim
HAM. Regiuſſum explora
tor non tuus. MAN. Ue
rum: ſed tamen licet ne mi-
chi hoc ſaltem ſcire: leta ne
an triſtia apportes? HAM.
Iſtuc vultus et color me-
us: me tacente. indicare poſ
ſunt. MAN. Triſtia er-
go ſunt: nam et ora pallor
occupat: et triſtis ac pertur
batus videris. HAM. Be
ne ariolaris.

¶ Baudelis Rex.
hametes explo
tor.

[P]Rouiſſo qđ
rerum gera-
tur: an no-
ſtri in officio
ſint: et item
an hoſtes noui quicquam vt
aſſolent: moliantur. HAM.
Regem opportune video.
adibo propere. BAUDE.
O hamete. HAM. Salue
Rex. BAU. Quid affers?

UVA. BHSC. IyR_215_1

Turba frequēs cedit primo loca tuta requirens:
Moxqꝫ reddit:quom iā veluti percuſſus ad aras
Dat gemitū taurus iuuenū ſtimulante caterua
Enſe refulgenti:iaculiſqꝫ infixus acutis
Perfurit huc illuc:iamqꝫ hos iam poterit illos
Cornibus.at platee populi clamore reſultant.
Miſcēturqꝫ ſimul merores:gaudia.plauſus
Vidimus inqꝫ foro.quē vulgus dicit Agonem
Granatam domitam ficta ſub imagine vinci:
Aſſiduo iactu dum triſtia ſaxa volarēt.
Iactaqꝫ militibus longe volitaret arundo
Heſperys:preſſanſqꝫ manu iam menia iā iam
Stipite concideret ſcalis detruſus ab altis.
Aethera quom ſtipidus totiēs reſonare videbas.
Vocibus.⁊ belli tormentis:ereqꝫ rauco.
Gratior at populo(liceat michi vera fateri)
Non fuit vlla dies:q̄ꝫ quom circūdatꝰ armis
Et galeatus eques longis concurreret haſtis:
Terribiliqꝫ cadēs ſonitu perſepe Veredo
Concuteret terram ſella deiectus ab alta
Miles:⁊ haſtarum volitarent fruſta per auras:
Hinc tuba terribili caneret taratantara cantu:
Illinc certatim tenui percuſſa bacillo
Tympana multa ſuis penetrarēt ethera bōbis.
Regifico luxu licuit ſpectare triumphos:
Quos oculus mundi ſpatioſo lumine cernens
Quicquid in orbe patet:dū luſtrat lāpade terras
Ignifera.celerum retinacula pene relaxans
Cornipedū ſtupidus:procul ē miratu ab altis
Sedibus:⁊ quales ſpectaſti tempore priſco



UVA. BHSC. IyR_215_1

Roma: triũphatũ tandẽ quom leta Jugurthã
Natorũ gemina comitatum prole videres:
Captiuoſq; genus meſtum procedere currus
Ante triũphales oneratos colla catenis.
Preſulis hec magni Raphaelis cuncta fuere
Munera: purpureo meritũ cui velat honore
Condecoratq; caput rubicundi lana galeri:
Queq; tibi fidum cultorẽ diue Georgi
Eligis: aduertans quanta pietate fideq;
Juſtitiaq; foret dudũ iuuenilibus annis.
Hunc Fernãde diem niueo ſignare lapillo
Te decet: en ſoli tantũ tibi p̄ſtat honorem
Heliſabeq; tue pietas Raphaelis: ⁊ alto
Pectore fixus amor: quẽ concitat inclyta virtus
Qua ſupra vites hoim polletis vterq;.
Nec tamẽ interea grates at dona Tonanti
Diſtulimus merito: qui terras lance gubernatus
Aequali: voluit meliorẽ vincere cauſam.
Fernãdoq; dedit vires: quib⁹ eẽt in hoſtem
Fortior: oſtendens Magmedis nomen inane.
Nanq; ſacerdotũ ſeriam procedere longam
Vidimus: O pietas paſtoris maxima noſtri:
Pontificẽq; bonum viſentem templa Jacobi.
Vos Fernande tibi celebrat pia Roma triũphos
Heliſabeq; tue: dulci que iuncta marito
Egregias ſuperat laudes: animũq; pudicum
Ipicrates: dũ ſe medijs exercet in armis.
Fernandus reſonat nunc cũcta per ora virorum
Nõ aliter q̃ Roma ſuos ſi forte Quirites
Martia conſpiciat ſuperata gente ſuperba
Curribus auratis Capitolia ſumma petentes
Captiuoſq; ſequi manibus poſt terga reuinctis:
Nam puer ⁊ iuuenis concordi mente ſeneſq;

UVA. BHSC. IyR_215_1

Omnis ait: Bene ſit bene ſit tibi maxie Regũm:
Quem deus omnipotẽs voluit cõcedere terris
Omnibus exactũ numeris cũ coniuge cara
Helisabe: aſpectu muliebri mente virili
Ut quibus exultat celũ frueremur ⁊ ipi
hac etate viris: tanq̃ʒ numina cuncti
Miremur: meritoqʒ ſimul veneremur honore.
Veſtrũ opus o vates erit hoc: nũc pandite vela:
Dicite nũc laudes Fernãdi: dicite honores.
Quos meruit pugnãs ſupanſqʒ tot oppida ⁊ vr-
Nũc q̃bus inumeris exaltat Iberia diues ⟦ur⟧bes.
hoc domino moderãte ratem clauũq; tenente.
Eia agite Aonidũ iam iam pia turba ſororum
Tendite iam citharã: calamoſqʒ parate poete.
Nil niſi Fernandi reſonẽt pia carmina laudes
Efficite eternis eternum verſibus illum.
Qui didicit Muſas: doctos ⁊ amare poetas:
Sumite vos calamos: iamdudum dona parauit
Ipe nimis precioſa quidem: precioſa parate
Carmina: grãdiloquis nõ deerũt ſplẽdida vates
Premia carminibus: neſcit (michi credite) neſcit
Muneribꝰ vinci: potuit que vincere quicquid
Vincere tentauit precelſa potentia Regis
Fernandi: quẽ Fata velint cõcedere terris.
Dum volet ipe ſuum cõſcendere letus olypum:
hic vbi celeſtis diuina potentia patris:
Qui mare: qui celum. qui terras frugiferantis
Imperio regit: ⁊ ſumma ratione gubernat:
Stellatum ſolium celſa delegit in arce.
Quo Fernande tuis meriti reddantur honores
Pluribus ⁊ geſtis: ⁊ p̃mia digna labori:
Unde tibi dabitur diuorum accumbere menſis.
hic tu cõſpicuus tenero comitatus amore



UVA. BHSC. IyR_215_1

Coniugis:aſpectu ſuperũm.liquidoqꝫ frueris
Nectare:⁊ Ambroſia.nõ dignus honore minori.

¶Eiuſdem elegia.Qua Fides Fernando et Heliſabe gratias agit.ꝙ eorum opera Maurorum catenis fuerit liberata.

Agnanimi ꝓceres.tũqꝫ o placidiſſiã turba
m Accipe:ſi q̃ ſim noſcere forte cupis.
Nũc uocor alma Fides totũ ueneranda per
Omne potẽs firma pace ligare genꝰ ¶Corbẽ:
Nam ſi rite colar.procedẽt omnia recto
Ordine:conſumet martia tela ſitus.
At ſi deficiam:rerum cõfuſus ⁊ ordo
Deficiet:Solis Luna tenebit iter.
Sed tamen heu q̄d nõ mortalia pectora tentant:
Me miſeram quid nõ mẽs furibunda cupit?
Maurus ad infandas leges Magmedis. iniqua
Auſus erat populos uoce vocare meos.
Tũc ego Granate (fuit hec nã dedita quodam
Terra michi )a diro Principe capta fui.
Hic igitur pedibus fedis oppreſſa tenebar
Multa ferens tanta non toleranda Dea.
Uex hec haud paſſi Fernãdus ⁊ iclyta cõiunx
Heliſabe:collo diripuere iugum.
Queis ducibus tandem poſito ſqualore.reſũmo
Sideream faciem :ſplendidaqꝫ ora gero.
O Fernãde potens:O femina digna marito
Heliſabe tali.pectora grata deis.
Per vos en veteres tandẽ renouamꝰ amictus:
Cingimur en rutilas flore recente comas.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Cernimus en nitidū' vſo quoqꝫ munere celum:
  Oraqꝫ: que fuerant nubila: clara nitent.
En redolet crinis madido perfuſus odore:
  Stringit ⁊ excultum pulchra corona caput.
En licet articulis nitidos munerare lapillos:
  En redimit collum grande monile meū.
En ego: que diro fueram ſubiecta tyranno.
  Europen teneo nunc ditione mea.
Quin etiā his ducibus (ſic ſtat ſententia patris
  Aetherei: iuſtus qui pia facta videt)
Tempus erit cum iā Libycis ſpatiabor in aruis.
  Perqꝫ Aſiam nullo prepediente ferar.
Regibus his igitur meriti celebrentur honoris.
  Qui michi conſtrictas exoluere manus.
Qui totum noſtris ſubdent quoqꝫ legibꝰ orbem:
  Maxima qua tellus: qua freta lata patent.
Poſt vbi proſcandēt fatalia ſtamina parce:
  Scandet in ethereas letus vterqꝫ domos.

Finis

UVA. BHSC. IyR_215_1

¶ Caroli Verardi Ceſenatiſ Pōtificy Cubiculary in Fernandū ſeruatum ad. R. P. Petrū Mendozā Archiepiſcopum Toletanū hiſpaniarum Primatem: ac. S. R. E. Cardinalem Prefatio.

c Um accepiſſē Preſul optime Fernandum inuictiſſimum Hiſpaniarum Regem: dum Barcinone cōuentus ageret ac iura populis daret: a veſano neſcio quo ferro petitū vite diſcrimē adyſſe. tam atroci nuntio percuſſus: cepi non ſine admiratione mecum ipe cogitare. quo nam modo: diuina prouidētia cūcta gubernāte: fieri potuiſſet. vt vir tāte virtutis ac probitatis in tā dirum luctuoſumqꝫ caſum i cideret. Ac me multa cuꝫ animo meo agitantem ratio ipa in hanc potiſſimū ſententiaꝫ duxit: vt exiſtimarē humani generis hoſtes: deo permitēte. nefarium illud facinus eē molitos. Legeram namqꝫ ſepe in ſacris litteris demonuꝫ inuidiam potius in viros probos: quā facinoroſos ſeruire ſuaſqꝫ nocendi artes exercere ꝯſueuiſſe. Quippe qꝛ hos iā pro ſuis ſatellitibꝰ ac miniſtris habeat: illos vero ſui (vt ita dixerim) tartarei regni acerrios infeſtiſſimoſqꝫ hoſtes expiaꝰ. Itaqꝫ cū Fernandus nichil ageret: nichil moliretꝰ. nichil poſtremo dies nocteſqꝫ cogitaret: niſi q̄ ad vere fidei amplificationē ⁊ ſūmi dei cultū ꝑtinerent: michi nō mō vero ſimillimū. ſed ⁊ certiſſimum viſū eſt: demonū conſilio ⁊ inſtigatione factum eſſe vt veſanus ille Regem ferro necare conatus ſit. Quippe cū mens eius nullis artibus aut dolis: nō illecebris voluptatū. nō terrore: non minis: nō deniqꝫ vllis laboribꝰ aut capitis periculis a recto curſu ac ſācto inſtituto deflecti poſſet ea vna diabolice fraudi ad ſua regna tuēda reſtabat via: vt ſcilicet de medio tolleretꝰ: ⁊ ſua nece alios Pricipes: q̄ fortaſſe eius veſtigia ipoſterꝰ eēnt imitaturi: deterreret. Diuina vero ꝓuidētia iccirco id fuiſſe ꝑmiſſū exiſtiari debet: vt Regis virtus eniteſceret: ⁊ inter aduerſa illu-

UVA. BHSC. IyR_215_1

ſtrior fieret. Siqdē vt a ſacris
doctoribus traditū eſt: Uir-
tus in infirmitate perficitur.
ſine hoſte marceſcit. Et pro-
ſpera etiā ſapientū aīos non
nūꝗ̄ tranſuerſos agūt a re-
cto: aduerſa viros explorant
atqꝫ ad vſū virtutis exercēt.
Et propterea ſolitus eſt ele
ganter dicere Demetriꝰ phi-
loſophus. Nichil ſibi infeliciꝰ
videri eo: cui nichil vnꝗ̄ eue
niſſet aduerſi. Nō tamen de-
monū impietas ad necē vſqꝫ
ſeuire permiſſa eſt. Eoꝝ eniꝫ
poteſtatē conſtat dei volun-
tate quodāmodo ligatā eſſe:
neqꝫ illis licere pro animi li-
bidine ī bonos viros ſuas no
cendi artes exercere: ſed ea-
tenus dūtaxat. quatenꝰ eoꝝ
crudelitas ⁊ inſidie ſint ad ex
ercitia ⁊ corroboramēta vͥtu
tis: nō ad eiꝰ iteritū. Indignū
etiā dīne clemētie viſū ē: vt vir
tā ſctūs: Rex tā iuſtꝰ: tā piꝰ tā
bñ de oī religiōe xp̄iana meri-
tꝰ: ī hōeſto mortꝭ genere inte
riret. ⁊ propterea euꝫ ad ma
gnas ⁊ preclaras res geren-
das reſeruans celeſti ope ab
impijs manibus liberauit.
Hec igitur michi mente agi
tāti viſa eſt ſane digna mate
ria: in qua preclara queqꝫ in
genia deſudarent. Itaqꝫ vt
ipſe quoqꝫ quoad vires mee
ferrent. Regie glorie non de
eſſem: ſumpto calamo totam
eam digeſſi: ⁊ perſonis varijs
quas induxi loquentes. diſti
xi: quo res nō ſolū lecta. ſed
etiam oculis. quorum ſenſus
in nobis acerrimus eſt: ſpe-
ctata. plus haberet ⁊ volu-
ptatis gratie. Cumqꝫ iam
michi: vt Naſonis verbis
vtar. ſiquis erat dicendi car-
minis vſus deficiat: ſitqꝫ mi
nor factus inerte ſitu. fungar
qꝫ hoc tempore. Horatiano
more. vice cotis: acutum red
dere que ferrum valet: ex-
ors ipſa ſcandi. materiam ip
ſaꝫ Marcellino nepoti ⁊ alū
no meo qui Poeſi mirifice de
lectatur. verſu deſcribendā:
poeticiſqꝫ coloribus ſalua re
rum dignitate ac veritate pi
gendam exornandamqꝫ tra-
didi. Quod is plane aſſecutꝰ
videt̄. Nā ita res int̄ vtrūqꝫ
tēpata ē. vt cū veritate ac re
ligiōe maxiopere ꝯſentiret. ⁊
a poeſi: cuiꝰ auctore lactātio:
officiū ē vt ea: q̄ vͤe geſta ſūt ī

alias ſpecies obliquis figura tiōibus cō decore aliquo cō-uerſa traducat: nō penit⁹ ab horreret. Cū autem hic adeſ ſent Regij Oratores Berar din⁹ Caruaial Paceñ. ⁊ Jo-hannes Medina Aſtoriceñ⁹ Preſules: quorū vterqꝫ cuꝫ ſumma bonitate ac pruden-tia: ſingularē in omni ſcienti-arum genere doctrinā coniū xit: eorum acerrimo iudicio opuſculum ipm̄ iam ad calcē perductū ſubijciendū putaui quibus argumentum ⁊ car-men laudātibus: hortātibuſ-qꝫ vt pro honore ⁊ gloria in-clyti Regis res in lucem de duceretur: eam vt Comedie ſeu tragedie ſolent: iſdē ſuf-fragantibus agi recenſeriqꝫ curaui. poteſt enim hec nr̄a: vt Amphitruonē ſuū Plau-tus appellat: Tragicocome-dia nuncupari: ꝙ perſonarū dignitas ⁊ Regie maieſtatis impia illa violatio ad Trage diam: iucundus vero exitus rerum ad Comediam perti-nere videantur. Tanto autē fauore ⁊ attentione ab ipſo Pont. Max. pluribuſqꝫ Car dinalibus ac preſulibus (vt inferiores taceam) ſpectata ē: vt facile appareret: eos om nes vel ſola fama virtutum Fernandi Regis illectos om nia: que ad eius laudē dicerē tur. aut fierent: ſtudioſe audi re ⁊ cernere. atqꝫ vt acerbo eius caſu ingemuiſſent: ita ſa nitate reddita: plurima volu ptate leticiaqꝫ affici. Hoc igi tur opuſculum. quod: Fernā di Seruati. titulo prenotaui vt Regio nomine inſigni: uꝫ gratius in ſtudioſorū manus deueniret: cui potiſſimū dica rem. null⁹ te Venerāde Pō tifex magis idoneus occurre bat. Si quidē hec que ad lau dem veraqꝫ gloriam iſtorum Chriſtianiſſimorū Princpū: quos tu ſumma fide ⁊ obſer uantia colis. ſpectant: ⁊ in q̄ bus. is tibi locus: qui ⁊ digni tatē. ⁊ qua apud illos vales: gratiam decebat. aſſignatus eſt: iucundo nimirū animo le toqꝫ vultu excipies: ⁊ tua au ctoritate. q̄ polles plurimuꝫ facile ab inuidorum morſib⁹ tueri poteris. Quod vt faci-as Reueren. Pater te etiam atqꝫ etiam rogo.

UVA. BHSC. IyR_215_1

## ¶ Marcellini Verardi Ceſenatis Fernandus. ¶ Seruatus.

### ¶ Ad Pont. Max. Prologus.

O pater: o paſtor: mundi fidiſſime cuſtos:
Qui portas ſummi reſeras ꝛ claudis olympi:
Ne pigeat nobis aures preſtare benignas:
Et placidos vultus: vt libera corda timore
Fernandi eximium nomē laudeſqꝫ loquantur.
Infera quem ferro dū turba necare pararet.
Seruauit ſuperi clementia ſumma Tonantis.
Eius vt auſpicijs: rerum te ſceptra tenente:
Immenſum Chriſti volitent vexilla per orbem.

### ¶ Pluto ad furias.

Spes tartaree ſedis regniqꝫ ꝓfundi
o Eumeides: quōdā (nemini) mecū ipe q̄
Et ſubit⁹ tuidas ꝯcepi ſepi⁹ iras ¶ Trebar
Concutiēs caput horrendū: q̄ ſepe viderem
Neſcio quos: noſtris popularibus indere mentē
Vt nos deſererent: iactantes ditia ꝛ ampla
Dona pijs tribui: ſceleratis infera regna.
Sed tamen iſta leui fuerant hortamina damno:
Vix quota pars preſtare fidē nā vocibus horum
Honerat: aſſuetis pergēs confidere rebus.
At nunc res agitur maior: nam tota laborant
Regna: niſi audaces veſtra ſuccurritis arte.
Heſperie Rex ille potens (nam vera fatebor
Sit licet hoſtis atrox: nobiſqꝫ inimica retracter
Strenuus arma diu) properat confinia noſtra
Imperio domitare ſuo: noſtroſqꝫ clientes
Inſequitur veteri denudans arua colono:

UVA. BHSC. IyR_215_1

Non aliter q̃z ſi victor foret iſte ſecundus
Amphitryoniades: cui nunc Stheneleia proles
Imperet hec duro monitu Iunonis inique.
Quid memorē: quotiēs nr̃a de gēte triūphos
Rettulerit: quotiēs ſpolijs remearit honuſtus
Innumera iuuenū comitatus vtriuſq̃z caterua:
Quis neſcit: quotiēs hoſtili ſanguine cāpos
Sparſerit: atq̃z omnes mutare coegerit vndas
Et ſe minari ſolito non ire colore.
Nec cōtentus adhuc nuper Magmede repulſo
Sede ſua: veteres proſcindēs vndiq̃z leges.
Baudeliq̃z meo fediſſima ſub iuga miſſo.
Granatā domuit: victorq̃z intrauit in vrbē
Improbus. ⁊ populū dictis parere coegit
Optima nōne michi dudū pars ceſſerat orbis:
Africa nōne mei fuerat latiſſima iuris:
Nōne Aſiā noſtris dederā parere miniſtris:
Europeq̃z bonā partem: lateq̃z vagebar.
Et totū nr̃o molibar ſubdere mundum
Seruitio: vr̃a cōfuſus fraude doliſq̃z.
At nunc Fernādo contraria ſignaferēte
(Pro dolor) Europa iādudū ceſſimꝰ omni.
Nec dubiū quin hic Nabatheū ſubiuget orbem
Eoaſq̃z domos: propo niſi forte labore
Nūc michi fertis opē: qua nobis bella mouere:
Innumeraſq̃z dare gentis ad prelia ferre.
Et pacē turbare: grauiſq̃z ciere tumultus.
Eſte precor memores o ſumma potētia Ditis
Pacifica quotiēs vrbes ad bella vocatis:
Cōcordeſq̃z domos. quotiēs diſcerpere mater
Lymphata per vos pperat ſua pignora mente.
Ergo agite o nigri ſpes ⁊ tutela Baratri.
Per ſtygias vndas ſtagna intemerata rogamꝰ:

UVA. BHSC. IyR_215_1

Artib⁹ innumeris fecundū vertite pectus:
Noſtraqȝ.q̄ p̄eūt:defendite regna ſorores
Cōſilio parili vos hic decernite queſo
Qua Regis furor hic poſſit ratione teneri.
Sic nos ſecuro repetemus pectore ſedes
Tartareas:cecaſqȝ domos:noctēqȝ profundam.

¶Alecto.

Dux herebi venerāde pater:cui turba ſilētum
Triſtis:⁊ imēſi famulantur regna Baratri:
Quanq̄ȝ ſollicita nō vanos mēte timores
Cōcipis:⁊ merito tantū cōpeſcere Regē
Moliris nr̄o minitantē vincula regno:
At deſiſte tamē grauibus tua pectora curis
Sollicitare.metu triſti molimine nr̄o
Liber eris. Nichil ē gemitu ꝙ pectora laſſes.
Concutiā diro fecundam crimine mētem:
Qua valeo mortale genus confundere ⁊ orbem.
Mutato faciam ſoli tibi ſeruiat ille
Cōſilio:ſōliqȝ manus tibi tradat ⁊ arma,
Ergo age ſecurus per me ad tua tartara migra:
Teqȝ ſinu care meſtum ſolare marite.

¶Megera.

O ſoror Alecto grauibus redimita colubris
Reddere ſollicitam mētem cui fata dederunt.
Et ſtimulis hominis deflectere tramite recto:
Horriſona tu voce quidē nunc multa Tyranno
Tartaree ſedis promittis ⁊ impia facta.
Sed que certa tue tandē ſentētia mēti
Sederit:expedias breuiter:pauciſqȝ reſolue.
Nam nos ambiguo ſenſu varioqȝ tenemur:
Quo pacto liceat tantum ſubuertere Regem:
Qui ſtabili ratione pedes defixerit ambos.

¶Alecto.

UVA. BHSC. IyR_215_1

O ſocie nam vos quid nam mea pectora poſſint:
Horrida quid valeant lambentes mẽbra Ceraſte
Preterit: an noſtrũ penitus torpere putatis
Pectus: An oblite quot peſtes: quotqꝫ minaces
Mente gerã furias: cur me nox atra ſiniſtro
Fuderit in tenebras partu: rabiemqꝫ cruentã
Ipſe parẽs herebus dederit: mentẽqꝫ malignaꝫ:
Num totiẽs dabitur noſtro ſubuertere gẽtis
Cõcordes fremitu inſano: Regeſqꝫ ſuperbos
Arte mea potero crudelia ad arma vocare:
Nec fas vnius fuerit michi vertere mẽtem:
Sed vos Germane michi credite. numina teſtor
Inferni patris: magni Phlegetontis ⁊ vndas:
Iã faciã pateat quid nã mea pectora ⁊ hydre:
Verbera quid valeãt: rabieſqꝫ infuſa per omne
Corpus: ⁊ vndantes ſpumis furialibus ire.
Huic ego cõfundam mentem caligine ceca:
Et varijs tentabo modis: animũqꝫ labantem
Armata impellã dextra ſerpentibus atris.
Deſiſtat ſubito faciam melioribus actis:
Deſerat ⁊ ſuperi ſublimia ſigna Tonantis.
Hinc noſtrũ cupiet ꝑcedere feruidus agmen:
Viribus ⁊ nr̃is inuadere caſtra ſuoꝝ.
Reſtituet nr̃o Plutoni quicquid ademit:
Chriſticolumqꝫ omnis late populabitur agros.
Inſtaurans veteres leges monimẽta verendi
Magínedis: que nũc miſere proſtrata videmus.
Deniqꝫ quicq̃d habet numeroſa potẽtia mundi:
Hoc duce (nec fallor) ſtygia ditione ꝑmetur.

Megera.

Non equidẽ inficior multũ Germana colubras
Poſſe tuas: ſcimuſqꝫ etiam te crine venena
Fundere concuſſo: ſcimus tibi pectora late

UVA. BHSC. IyR_215_1

Innumeris perfuſa odijs quibꝰ vndiqȝ ſeua
Bella mouere potes: ſubitoſqȝ ciere tumultus.
Per te Pirithous fugiſſet Theſea: per te
Dilectū fratrē vitaſſet Caſtora Pollux
Et Piladē inſidum quōdā vocitaſſet Oreſtes.
Deniqȝ ſola tenes ſceleꝝ tu quicq̄d vbiqȝ eſt.
Sed tamē heu fruſtra ſoror hec molimina dira
Mēte tibi cōcepta reor. Sunt irrita crede
Cōcilia. O quotiēs comitatu inſtructa profano:
Multipliciqȝ dolo: circūqȝ nocētibus hydris
Hunc hominē volui ꝑuertere ab ordine recto:
Nec valui: quāq̄ȝ multos ad talia facta
Impulerā prius arte mea: multoſqȝ coegi
In propos ſeuire patres: vetuiqȝ parentes
Parcere pignoribꝰ. Quotiēs michi nata parētis
Cōiugiū infandū petijt quotiēſqȝ furētis
Geſtare in ſuperos crudelia tela coegi.
Et tamē hūc ꝓcibus: blandaue libidine nūqȝ:
Non precio: diriſqȝ minis. nulloqȝ periclo:
Non ſolitis ſtimulis: tacita nō fraude mouere:
Non trepidante metu potui: nō artibus vllis.
Sed ne te nimium longo ſermone moremur.
Crede michi citius rapidiſſima flumina curſum
Siſtere cernemus: Solemqȝ micare tenebris:
Et Pheben ſplēdere die nō ordine recto.
Quam quis cōſilio valeat vel fraude profana
Nūc hoiem a ſuperis cōuertere ad impia facta
Quare age Tiſiphone ſi quid tibi mēte reſedit.
Quo nobis firmare queas fluitantia corda.
Anguibꝰ in tergum ſolito de more reiectis
Prome tuā rabidis tumefactā vocibus iram.

¶ Tiſiphone.

Non ego tartareo credar concepta Baratro:



UVA. BHSC. IyR_215_1

Ni ſcierint quodcūq; nefas cōmittere noſtra
Pectora: ni ſcierit caput hoc cōfundere celum
Si iubeant dominus Phlegetōtis ꝛ infera turba
Nūc opus aggredior maius q̄z vertere mētem.
Poſtq̄z nil fraudes proſunt: nil dira venena:
Nil ſtimuli: triſteſq; mine: nil blanda voluptas.
Nō opus ē verbis video: ſed ſanguine ꝛ armis.
Me vocat iſte labor. nichil eſt quod verbera nr̄a
Non valeāt agitare: michi ē imanius hydris
Ingenium: ꝛ rapidis fluuiorū incertius vndis
Acrius harpyis: multo violētius hauſtris.
Hoc onus ergo michi: totamq; relinquite curam.
Jam ſcio quid furias deceat: quid pectora noſtra
Per me nunc Orbis gemitu reboabit ꝛ axis
Heſperius: per me Regalia tecta madebunt
Sāguie: nūc referā tāto de Rege triūphū
Vulnere inaudito capite ꝛ ceruice reciſa

¶ Alecto.

O ſoror: o noſti ſuprema potentia Regis
Funereas Germana man⁹ nūc porrige nobis
Oſcula iunge precor Picci per numina Ditis
Pallida iuramus nichil eſt: quo regna tueri
Noſtra queas melius. ſic ſic Rex iſte proteruus:
Non alia ratione poteſt: aut arte domari.
Per te nūc (fateor) ſolā Germana repertū eſt
Ars mea quod nunq̄z potuit: nec torua Megera.
Ergo vale: ꝛ ſolers iamdudum perfice ceptum.

¶ Tiſiphonem ſola.

Concute Tiſiphone fecundum cōcute pectus:
Anguiferum cōmiſce caput. reminiſcere q̄ntum
Seua pares facinus tendēs in Fata Deoſq;
Spicula: cōuoluens furiali cuncta paratu.
Non opus ignauo nūc eſt. nec inerte miniſtro.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Sed quo non vſquā fuerit crudelior alter
Qui ſit ⁊ humano cõſuetus ſanguine fedas
Semꝑ habere manus: qui geſtet pectora plena
Criminibꝰ diris: qui blando fallere riſu
Norit: ⁊ illecebris occultā intexere fraudē.
Obuius ergo michi: dū ſic furibūda pererro:
Quis dabit? quis nā? cui nūc ꝑentibꝰ atris
Pectora cõfundam: ſtimulēq; furore profano:
Et quē Regalē deducā ad Principis Aulam.
Sanguinis vt cupidus flagrāſq; cupidine regni
Regē obtruncatū ſolio deturbet ab alto.

¶ Eadem Ruffum conſpicata.

Sed quē tam dirū video liuentibus ire
Huc oculis: varijſq; genis. ⁊ ſponte furentē:
Sanguineaq; acie ꝓperantē? an Ruffus inique
Progenies veſana ſtygos? Iam verba tenebo:
Ut bene ꝑcipiam quo mentē dirigat omnē.

¶ Ruffus Secum.

Siccine trāquillam mentē: vitamq; quietam
Eſſe michi patiar? Cur dudum a ſanguine fuſo
Ceſſauere manus? non hec clemētia nobis
Conuenit: ha nimium marceſcūt mēbra quiete.
Ocia nunc abeant. Agito crudelia mēte.
Ueh quibus occurram. ſatiabo ſanguine ferrum
Mortibus innumeris ditabo Tartara nigra.
Si ſcelus hic deerit: tentabo ſidera celi:
Aut violabo diē: ſuꝑis vel bella mouebo
Impiger: ⁊ ditis furibūdus vira tuebor.
Hec me facta decent: non vitam ducere inertem.
Nam michi cur rabiē dederit violēta Megera?
Cur me Tiſiphone nutriuerit vrbe diro?
Tertia monſtrarit cognatū haurire cruorem
Cur ꝓpos letho manus hec robuſta parentes?



UVA. BHSC. IyR_215_1

Cur natos dederit: cur fratres: cur ve ſorores:
Si pia facta iuuant recto deducta tenore:
Cur tamē heu nobis cur non ſe tāta facultas
Obijcit: vt valcā mores oſtendere noſtros.
Diſpereo miſere: ſolitū niſi dextra cruorem
Hauriat: ⁊ virus cōceptum pectore fundam.

Tiſiphone ſecum.

Aptior haud nobis poterat ſe offerre miniſter.
Hic (fateor) lōge ſupat me nēpe magiſtram:
Poſſidet hic quicqd ſcelerum poſſedimus oēs:
Ibo o igitur propius: ceptūqꝫ augebo furorē.

Eadem ad Ruſeum.

O decus armipotens: o ſpes: o dulcis alumne
Dic michi dic agēdum: quid te turpiſſima dudū
Ocia Ruffe tenent: cur ſic inglorius annos
Exigis: ⁊ florem vite conſumis inertem:
Heu tandē cognoſce precor: quid teqꝫ tuamqꝫ
Nūc deceat rabiē. ne ſpernas verba rogamus:
Si te ꝓma meo tenerum de matre cadentē
Sedula ſuſcepi gremio: ſi membra refoui
Sepe ſinu rigido: quom fletibus ora rigares
Si tibi materna porreximus vbera voce:
Per me ſi ferrum noſti ſatiare cruore
Undanti: ⁊ populis crudele intendere lethum.
Heu neſcis neſcis: quid nam tua Fata pararint
Quid fortuna tibi: quid ſidera. quidqꝫ Deorum
Numina: ſi in melius rabidā cōuertere mentem:
Nec tibi ſenitie libeat corrunpere vitam.
Heſperie (michi crede) plage dominabere toti:
Si parere velis: ſolitaſqꝫ reſumere vires.

Ruffus.

O que cerūleos geſtas pro crinibus angues:
Per te. perqꝫ tuū caput inuilabile: nunqꝫ

UVA. BHSC. IyR_215_1

Deſiſtam genetrix longe veneranda rogare:
Ut michi nunc mōſtrare velis: quid fata pararit
Quid fortuna michi Doceas vbi premia tanta:
Fare age cara parēs. Nōſtra dū pectora feruēt:
Dū man⁹ in ꝓmptu: dūqȝ ipius ardor iheret.
Eia age iam precibus cari flectaris alumni:
Sic tibi perpetuo liceat per regna ſilentum
Tartaream in turbam rigido ſeuire flagello.

Tiſiphone.

Poſtq̄ȝ magnanimū pectus tibi Ruffe paratuȝ
Effreneſqȝ animos tantis aſſurgere prompte
Conſpicio rebus: dabitur michi crede miniſter
Optime: quod ſummis precibus cōtendis hr̄e.
Nūc monſtrabo viam: qua teqȝ tuumqȝ furorē
Auguſto liceat iamiam ſatiare cruore.
Quod dec⁹ inde feres: q̄ȝ tamqȝ merebere laudē
Quippe michi videor clarȝ Diadema videre
Temporibus radiare tuis. ſed viribus vti
Nunc opus: ⁊ valide nequaq̄ȝ parcere dextre

Ruffus.

Jam me iam nimium longo ſmone moraris:
Expedias tandem: que ſit que tanta facultas.
Quo pacto valeam facim⁹ cōmittere tantum.
Crede michi genetrix: nichil ē tā turpe: qđ ardēs
Dextra reformidet cultro munita furenti:
Dum modo me poſſim ſolio trabeaqȝ ſuperbum
Reddere: ⁊ auguſta caput hoc ornare corona.

Tiſiphone.

Aduertas igitur. paucis te Ruffe docebo.
Jam ſcio nouiſti Fernandum Martis alumnuȝ:
Qui cōmunis amor lati nunc dicitur orbis
(Pro dolor) ⁊ nr̄as totiens qui fundere gentis
Approperans: ſemper remeat victricibus armis



UVA. BHSC. IyR_215_1

Clara triumphali redimitus tēpora lauro:
Quē ſupplex orēs audito nomine tantum:
Occiduuſqꝫ dies poſita feritate veretur
Hic eſt: qui regnum certa tibi ſorte dicatum
Poſſidet: ⁊ magna munitus vtrinqꝫ caterua
Preradiat ſolio: fruiturqꝫ quod ipſa pararant
Prouida fata tibi. ſed te quid Ruffe quid vltra
Detinet imbellē: cur non in Regia tecta
Sponte furis? cur nō recipis violenter adēpta?
Si vir es en tēpus nunc eſt: quo vota ſequaris
Expectata diu. Trepidis nunc iura ſuperbus
Dat populis: tante ſecurus fraudis ⁊ aſtus.
Ipſe per inſidias tacita ſub veſte latentem
Illuc fert gladium: quē tergo Regis adheſus
Exerce: ⁊ audaci iauoudum perfice dextra
Horrida terrifico maculentur roſta cruore.
Ipſa frequēs adero. nunq̃ꝫ te Ruffe relinquam:
Hec erit illa manus: que certū dirigat ictum.
Nunc curare tuum ē: tanto ne dextera cepto:
Neue animus titubet. fac altum vultus ad oſſa:
Si qua potes: penetret. ſtudijs popularibus ipſa
Sis gratus faciam: magnumqꝫ ſequare fauorem
Omnibus immittam viridi ſerpente furorem:
Peruertamqꝫ hoim mentis caligine ceca.
Tota ſalutabit ſubitum te hiſpania Regem.
Ergo age tolle moras. dū ſe tibi cōmoda prebēt
Tempora: dum faciles venti: tu carbaſa pande.

¶ Ruffus.

Non opus eſt verbis: nec tanto diua rogatu.
Nanqꝫ ego ni longe ſuperē documēta Magiſtre
Mi capiti imponam madidū diadema cruore
Siſiphium facito ſubeat mea vita laborem.

¶ Tiſiphone Sola.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Q̄tas michi debebūt laudes: qualeſq; triūphos
Tartara: ſi tantum Regem proſtrarit alumnus
Noſter: ⁊ intrepidus hoſtilia colla ſecarit
heſperio ſellam denudans Rege Curulem:
Qui ſolus nr̄os popularis impete magno
Perdere tentabat: totumq; fugare per orbem:
Nec ſuperꝝ fulcire fidem: prop̄umq; cruorem
Fūdere ceſſabat: ſempq; reſurgere maior
Squallida conſuerat longi poſt vulnera belli.
At nūc q̄s tantos Proceres: tantaſq; Phalāges
Pro ſupis ductare volet per aperta pericla:
haud ducibꝰ cūctis ſedet hec ſententia cordi.
Bella ſibi nunc q̄ſq; gerit: ſolumq; laborat
Imperiū proferre ſuum: ceſſatq; tueri
Quod cōmune videt. Marceſcūt pectora turpi
Segnitie potiꝰ q̄ʒ quis ſuccurrat amicis.
Nunc ſola ambitio regnat: calcat᷑ honeſtum
Sub pedibꝰ: cumulant᷑ opes diſcrimine nullo.
Nuſq̄ʒ Fabritiꝰ: nuſq̄ʒ mens ſancta Camili.
hic ſolus (fateor) cōmunia bella gerebat
Non ſibi ſed fidei: clypeo munitus ⁊ haſta
Semper: ⁊ aſſuetis nunq̄ʒ defeſſus in armis
Quare hic ſi noſtri percuſſus vulnere ruffi
Sanguineā pulſabit humū: quis deinde vetabit
Auſpice me totum Plutoni tradirer orbem:
Magmediſq; mei late monimēta vagari:
Quis digna me laude feret: que ſola ſororum
Nunc fuerim cōmenta viam: qua noſtra iuuent᷑
Imperia: heu tantam iandudum paſſa procellaꝫ.
¶ Ulteriꝰ ſed certa vetant me Fata morari
Iam video. prohibentq; frui Regione ſerena.
hinc Acheronteas deſcēdere cogor ad vmbras:
Tartareiq; Iouis tenebroſa reuiſere Regna.



UVA. BHSC. IyR_215_1

¶ REGINA audito Regis vulnere exanimata egreditur cum nutrice.

m E miſeram pauidas q̄ꝫ triſtis pculit aures
Nūtius. heu peo quoties audita recordor
Pro ſupi ſubito poti9 mihi terra dehiſcat
Uel me perpetuas demittat fulmen ad vmbras:
Quam quiſq̄ꝫ noſtri violarit corpora Regis.

¶ Nutrix.

Parce precor lachrimis: ꝛ flectibus ora rigare.
Quis ſcis an verus fuerit de vulnere Regis
Nuntius: an potius mendaci venerit ore.
Uix equidē credo quenq̄ꝫ Regina fuiſſe
Tam dirum: ꝛ tota penitus ratione carentem:
Ut violare tuum tentauerit enſe maritum.
Qui placibus ſemper tractabat cuncta benigno
Imperio: qui tantus erat moderator honeſti
Juſtitieqꝫ ſimul: per quē iam ſecla redibant.
Aurea: qui tanta populos in pace regebat:
Premia digna bonis qui ſolus reddere norat:
Et freno cohibere malos: quo Principe tandem
Tuta videbatur nimiū ſibi machina mundi.

¶ Regina.

Heu mirū hoc minime Nutrix michi cara videt:
Tempore precipue noſtro: quo regnat erymnis
Infera: quo nuſq̄ꝫ Maieſtas Regia tuta eſt.
Hec animū tamen afflicte ſpes vnica reddit:
Quod perhibent vulnus diuina ſorte retentum:
Ne penitus cari reſecaret colla mariti.

¶ Eiuſdem Oratio pro
Salute Regis.

O pater omnipotēs: o ſummi rector Olympi.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Cuius opus mortale genus: celūqȝ profundum:
Planitiesqȝ immēsa maris: ſpacioſaſqȝ tellus:
Hoc caput o libeat mundo ſeruare cadenti:
Quod fuerat totiens aliene cauſa ſalutis.
Profuerit proprij capitis tot aperta pericla:
Tot ſumptus: diuine Pater. varioſqȝ labores
Pro ſancta ſubyſſe fide tot milia vinclis
Exoluiſſe hominum diro famulantia Regi.
Impia profuerit Maurorum caſtra fugaſſe
Inſigneſqȝ ſacris templis poſuiſſe triumphos
Et Magmedeas totiens fudiſſe cohortes.
Tu quoqȝ: quo felix patrono hiſpania fertur:
Huc ades: ⁊ meritum Regem diuine Jacobe
Aethereo committe patri: releuetur acerbum
Vulnus: ⁊ ignauo reddatur pena nocenti.
Nec liceat regnare malis virtute iacente
Sub pedibus diris. Quis enim fas eſſe putarit
Vexariqȝ pios: contraqȝ vigere nocentis.

¶ Eadem Viſo Diuo Jacobo.

Sed quis tam ſubit⁹ percuſſit lumina fulgor:
Humanam ſuperans aciē: ſint omnia fauſta:
Sit felix quodcunqȝ paras Pater optime diuū.

¶ Diui Jacobi ad Reginam.
Conſolatio.

Deſine iam lachrimis caſtiſſima femina: triſtes
Cōmaculare oculos. Ceſſent iam vota preceſqȝ
Sollicitare deum. deponas corde timorem.
Vox tua iandudū placidas peruenit ad aures
Aetherei patris. Qui cum ſpectaret ab alto
Horrendū facinus: qđ barbara dextra parabat:
Huc me feſtinum ſupero demiſit Olympo:
Qui celeſte manu lenirem vulnera Regis:
Immeritaqȝ virum prohiberē morte perire.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Duxerat indignum celi pater ille ſupernus.
Si Regē: tanto ſuperū qui flagrat amore.
Cui fidei cōmiſſus apex: qui regna Tonantis
Aſſidue proferre ſtudet per mille pericla.
Proditor vnus iners ignaua morte necaret.
Non tamen hec Regē credas mala talia paſſuꝫ
Criminis ob penas: aut leſi Numinis iram.
Sed pater omnipotēs voluit ſic Principis huiꝰ
Explorare animū. Nam virtus inclyta ſeſe
Rebus in aduerſis meliꝰ probat: inqꝫ periclis.
Corrumpūt mētem ſapientum: animoſqꝫ fatigāt
Proſpa: nutritur generoſo vita labore.
Pace diuturna marceſcūt fortia corda.
Sordeſcūtqꝫ ſitu: niſi portas cuſpide pulſet
Miles: ⁊ hoſtili minitet᷑ vulnera ferro.
Gaude igitur matrona dei digniſſima donis.
Vir tuꝰ euaſit fuatꝰ grandibus actis.
Impioſqꝫ Aſie Venit iam ſub iuga ſupplex
Africa. ⁊ imenſus diuinis legibus orbis
Sub vr̄o imperio diſcet parere ſubactus.

¶ Regina Sola.

Quas tibi nūc grates referā: q̄ munera eadē.
Cōiuge pro incolumi: pro toto deniqꝫ regno
Maieſtas veneranda dei: Que lumine recto
Cūcta videns ſubiecta polo mortalia facta
Premia digna bonis: penāqꝫ nocentibus addis.
Sed quid lenta moror: cur non adolētur odores
Ignibus accenſis: cur non in templa faceſſo
Tot rea votorum: ſaluo que multa marito
Debemus. ſed quid crepuerunt oſtia Regis:

¶ Eadem Conſpecto Regē.

O decus: o care ſpes ⁊ generoſa voluptas
Coniugis: o vite requies: o dulce leuamen:

UVA. BHSC. IyR_215_1

Pectore quis rabido cõiunx. quis mẽte ꝓfana:
Quis penitus ratione carens: tibi fata pararat
Impia: Nũ Scyrõ fuit hic: nũ Sparthacꝰ atrox:

¶ Rex.

Dic rogo dic cõiunx nunquid de vulnere noſtro
Auribus hauſiſti: Scin quantum cola periclum
Uitarint nuper ſupeꝝ ſeruata fauore.
Scin quãto clypeo pro me diuina Iacobi
Numina nũc ſteterint: ſcin vulnera ſana repẽte
Ipſius auxilio nimium mouiſſe dolorem:

Regina.

Ordine nunc recto michi cuncta relata fuerunt.
Ueꝝ age dic Coniunx nũ debita q̃ſo nocentẽ
Pena manet: patiꝛ qꝫ ferox adamãtina vicla.
An ſibi conſuluit pedibuſqꝫ fugaqꝫ rapaci:

¶ Rex.

Seruatur vinctus tenebroſo carcere ⁊ atro
Impia iam grauibus premitur religata catenis
Dextera: Iamqꝫ pedes pectunꝛ compede grãdi.

¶ Regina.

Iure quidẽ. At quo nã monitu: q̃ mẽte: nefanduꝫ
Crimẽ id inſano concepit pectore: ſciſtin:

Rex.

Neſcio. Nam vulnus lecto me affixerat altum.
Sed Mendoza: mei requies non parua doloris:
Quem nõ iſta latent: poterit tibi cuncta referre:

¶ Petrus Mendoza Cardinalis.

Quid niſi mira nimis referã: credendaqꝫ tarde
Nam quotiens Proceres veſtri ſcitantur ab illo
Que nam cauſa foret ſceleris: tantiqꝫ paratus:
Reſpondet tanq̃ꝫ penitus ratione careret.
Nec dubiũ: ratione caret: prẽdiditqꝫ catenas
Mordicus: ⁊ populo ſpectanti triſte minatur.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Res mõſtroſa quidẽ. Capiti ſtant lumina terra.
Terribilis facies premitur pallore nefando:
Intuiturqꝫ ſolũ ſemper non lumine recto.
Lingua venena gerit. liuent rubigine dentes
Deformis macies apparet corpore toto.
Nulq̃ꝫ riſus adeſt. ſuſpiria ſemper abundant.
Horrendũqꝫ caput redimitur crinibus atris.
Inficit aſpectu quicquid cõſpexit acerbo.

¶ Rex.

Quid niſi ſuppetias nobis diuina tuliſſent
Numina: q̃ꝫ facile cecidiſſent colla reciſa
Uulnere terribili: quanta ẽ (en cerne) cicatrix
Nunc igitur vere patuit q̃ꝫ mutua cura
Sit nr̃i ſuperis. Nũc ſunt nũc magna gerenda:
Ne tanti immemores meriti doniqꝫ vocemur.
Iam ducibus nobis totum veneranda per orbẽ
Aetherei patris volitabũt ſigna per Afros
Perqꝫ Aſie cãpos. imponam gẽtibus illis
Diuinas leges. ibis Regina per vrbes
Innumeras: gentiſqꝫ truces documenta docebis
Mitia. Magnanimos quotiẽs mirabere Reges
Imperio parere tuo feritate ſubacta:
Hec ſunt que dudum flagranti mente reuoluo:
Nunc peragenda magis. dum nõ p̃ſentia deſint
Numina: cõſtitui nullos vitare labores.
Tu vero interea dum nos pia tela paramus:
Magnanimaſqꝫ acies: aioſaqꝫ claſſica Martis:
In tua tecta redi: conceptaqꝫ ſoluere vota
Cura ſit: atqꝫ aris meritos imponere honores.
Mẽte dein grata Pario de marmore ſurgant
Fac fuat ori ſublimia templa Iacobo:
Qui me teqꝫ ſimul fuauit corpore in vno:

¶ Chorus.

UVA. BHSC. IyR_215_1

Exuperat ſolidum virtus interrita ferrum:
Nō timet inſanos hoīm bene tuta furores.
Non Siculos ignes. rapidi non fulminis iram.
Et viget in duris: gaudetqꝫ per aſpera ferri.
Pectore magnanimo contēnit inertia facta.
Sepe quidē aduerſis agitatur caſibus: atqꝫ
Fluctuat: at nūq̄ didicit ſuccumbere victa.
Nil fraudes: nil vincla nocent. nil dicta venena:
Nil Pelagꝰ: nil ſcylla rapax. nil ſeua charybdis.
Nullus in hanc (moneo) crudelia tela mouere
Audeat: amittet vires ⁊ robora dextre.
Huic omnis debetur honos: hec deniqꝫ ſola
Immortale decus meruit: nomēqꝫ perēne.
Hec nos conciliat ſuperis: hec ſcandere celum
Aethereaſqꝫ docet ſedes. ſuper aſtra volare
Nos facit: ⁊ nunq̄ ſentit communia fata
Diſcite nunc igitur Reges eterna mereri
Nomina: ⁊ excelſo contingere vertice celum:
Fernando monſtrante viam cum coniuge clara.
Perqꝫ omnis reſonet felix hiſpania terras.

¶ Fernandi Seruati Finis.

¶ Eiuſdem in Ruffum Regie Maieſtatis violatorem Inuectiua.

Uis tātū īfelix dederat tibi ruffe furorē?
q Armaratqꝫ truces enſe furente manus?
Quis cecā īdiderat mētē: q̄s talia mōſtra
Suaſerat? O ſtigij dira propago lacus.
Quō tibi cōferri poſſit facinuſqꝫ ſceluſqꝫ?
Quod maius mōſtrū Phebus in orbe notet?

UVA. BHSC. IyR_215_1

Tu Schyrona grauē ſuperas: ⁊ Bebryca dirum.
  Buſiris minor eſt impietate tua.
Huic ſceleri cedūt violēti facta Procuſtis:
  Et Schinis Iſtmiacis pena timēda viris.
Biſtonij ingeniū ſupaſti imane Tyranni.
  Carnibus humanis qui ſatiabat equos.
Jam tibi Tādalide vincūtur pfide fratres.
  Turbarunt nitidos qui dape Solis equos:
Spartacus ⁊ Chriſus ſeruilia ſigna ferētes:
  Dicētur mites Enomauſqꝫ ſimul.
Non Marius: nō Sulla ferox: nec Cinna cruētus
  Cōferri poterūt impie Ruffe tibi.
O ſcelus indignū. quod nulla piacula ſoluant:
  Quodqꝫ patet ſupero diſplicuiſſe Patri
Oblitus recti: cōmiſcens ſacra profanis:
  Oblitus quidnam faſqꝫ piumqꝫ petant.
Tu ne caput ſacrum gladio reſecare parabas?
  Quod vitam innumeris prebuit ante viris.
Tu ne ducem tantū violare inſane putaras?
  Qui gerit aſſidue. Martia bella Deo.
Qui venerāda ferēs victricia ſigna Tonantis
  Impia Barbarici contudit arma ducis.
Qui Mauro heſperia felici Marte fugato:
  Inde domū victor clara trophea tulit.
Quiqꝫ ſuos cupiens purgatos reddere fines
  Judaicū hiſpano repullit axe genus:
O caput inſanum quod nulla cucurbita purget:
  O cui vipereo pectora felle virent:
Soluere tum demēs Adamātina vincla furebas?
  Queis ſuperi hiſpanos implicuere Duces.
Quos ſtabili iunxit diuina potētia Lecto:
  Haud furor hos hominis diſſociare poteſt.
Ergo in fernandū non hec: ſed in etheris alti

UVA. BHSC. IyR_215_1

Numina: direxti tela nefanda miſer.
hec genus humanum crudelis dextra petebat:
Orbis in hoc quoniam ſtatq; caditq; ſalus.
Sed ſuperi qui cũcta vident mortalia iuſto
Lumine: Quiq; regũt ordine queq; ſuo:
Vocibus heliſabes flexi precibuſq; pudicis
E manibus diris eripuere Ducem:
Diuinumq; caput ſeruant ingentibus actis:
Teq; graui dedũnt vipera ſeua cruci.
Si ſapis ergo tuo gratare hiſpania Regi:
Turicremos ſpargens flore & odore focos
Sancta ſacerdotes exornẽt templa Corollis.
Maxima ſanguineam victima plãgat humum
Omnibus & ſuperis concordi voce rogatis:
Sit tibi Rex tantus leta precare diu.
Sed tamen heu facias: vt ꝑfidus ille furenſq;
Det penam: qualem commeruiſſe vides.
Crede michi nulla eſt nulla inclementia. Fas ſit
Innocuo Regi non timuiſſe malos.

Deo gracias.

¶ Factum rome Anno domini Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo quarto. Die vero decima ſexta Menſis auguſti.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD VALLADOLID

UVA. BHSC. IyR_215_1

UVA. BHSC. IyR_215_1